



1778.

1. Frickerius, Albertus: De indebitum solvante per ignorantiam juris civiles ad indebiti conditionem admittendo.
2. Haerlin, Carolus Thidericus: Theses inaugurales sistentes disquisitionem questionis: In eque s. R. I. immediatas praeium collectabile, propterea, quod post synecchia, a collectis questibus eximere possit?
3. Haerlin, Carolus Thidericus: De iuris circa sacra farrisque sacrum fundamento et discrimine.

1779.

1. Dr. Ros; Almus Georgius Paulinus: De donatione inter coniuges remuneratoria itaque immutacione validam
2. Frickerius, Albertus Philippus: De exceptione litore cum reservatione et vel doctoris fidelij personam proficiam.

f.



1779.

3. Hubertii, Iacques Fridericus: De mendato S.l. contra
statim impiorum subditis jure privatum libertates sub
specie regulationis rethoriken et 'cancera Imperiali'
hanc decernendo.

1780.

Dr. Roi, Julius Georgius Paulus: De testamentis ob obitum
tabionem sine elogio factam non ipsorum jure nullo.

1783.

* 1. Eisenthalus, Iacques Fridericus: Memoriam . . . Iacobi
Friderici Eisenthali . . . proctor et senatus . . .
Gloriosus et posteritati commendans

2. Fricker, Albertus Philippus: De lacrimis iuris Romani
renovatis juri Lubecensi atutis.

1784

Delle, Gullab Sanchis, Fac. juri. Decanus: ad undicen-
dam orationem: De divinitate nobilitatis Roma-
norum et Germanorum . . . invitata praesessa

disquisitione: quatenus socii ob sociale debitum
in soldam teneantur?

1785.

1. Schmiedel, kuras Trophus: De analogia juris publicis
imperii in fontibus juris publici S. R. S. Territorio.
cum non numeranda.

2. Soellner, Ernestus Lutetius et al. De hypothecis tacitis
judicibus seu registratis & auctoritatis-

M. V. H. and J. C. L. have decorated my room. Mrs. Atch. Heald. -

1778, 1

1798

DISSE^TATIONEM IN AVG^{RALEM}
DE
INDEBITVM SOLVENTE
PER IGNORANTIAM IVRIS CIVILIS
AD INDEBITI CONDICTI^{ON}EM
ADMITTENDO

ILLVSTRIS IVRECONSULTORVM ORDINIS
AVCTORITATE

PRAESIDIO

D. ALBERTI PHILIPPI FRICKII
IVRISCONSULTI ET ANTECESSORIS

PRO LICENTIA
SVMMOS IN VTROQVE IVRE HONORES
CAPESSENDI

AD D. XXIX AVG. MDCCCLXXVIII
HORIS ANTE ET POST MERIDIEM CONSVENTIS
PUBLICAE ERUDITORVM DISQUISITIONE
S V E M I T T I T

AVCTOR

IOANNES IACOBVS TIEDEMANN
KEHDINGENSIS

HELMSTADII
E TYPOGRAPHEO ACADEM. VID. SCHNORR.

1622 ROSTOCK
PER IONORIUM IURIS CIVITATIS
AD INDEBITIONE CONDICIONEM
ADMITTENDO
FILIALE IACOBUS CONSULTORVM ORDINIS
VACATORIATI
PRO FIDENCIA
JUNIORIS IN ATROGAE IURE HONORIS
CAPITENDI
ANNO D. MDCCLXXVII
HODIE TITUS ET TOTUS MEDICINUM CONSULTE
S A V A M I T T E
A N C T O R
IOVANNES IACOBAS TIEDDEMANN
HEBDOMADIS
HEBDOMADIS
T Y M O G R A V I T A D E S . V I T S . SCHINORI

DISSERTATIONE
VIR O
P R A E N O B I L I S S I M O
A M P L I S S I M O
BERNHARDO
KLEFEKER
SACRI ROMANO GERMANICI IMPERII
LIBERAE REIPUBLICAE
HAMBVRGENSIS
AERARII PUBLICI
PER
QVINQE ET QVOD EXCVRRIT LVSTRA
SECRETARIO MERITISSIMO
AVVNCVLO HONORATISSIMO

DISSERTATIONEM HANC IN AVGRALEM

OBSEQVIOSAE DEVOTIONIS
AMPLISSIMO

TESTEM

QVA DEGET OBSERVANTIA

SACRI ROMANO GERMANIC MITTERI

D. D. D.

LIBRARY RICIPAVIT

HANVERCENSIS

AERVRII BARBI

PAR

GALVÆ ET GOUD EXCARPI TASTRA

SECRETARIO MERITISSIMO

CULTOR OBSEQVIOSVS

IO. IAC. TIEDEMANN

DISSE^TAT^O IN AVG^VRALIS
DE
INDEBITVM SOLVENTE
PER IGNORANTIAM IVRIS CIVILIS
AD INDEBITI CONDICTI^NEM
ADMITTENDO.

I

Descriptio condictionis indebiti illustratur.

Nihil magis solemne esse solet, quam ut homines non modo actionum, haud rite peractarum, excusationem repeatant ab ignorantia vel iurium, vel factorum, quae acciderunt, sed ut etiam inprimis isti, qui se suum factum nescire dicunt, dictis non ratenter addant, semel oblitum esse, quicquid ipsi olim fecerint. Si, ignorantiam obueri, audias: dubius haesitabis, ecquaenam prae sumptio sit paulo probabilior, istum, qui se ignorantia tueri cupit, iura sciuisse, an nesciisse? facta meminisse, an oblitum esse? in primis in iudicio indebiti. In foro, scimus, audiri querelas multo maiores de nummis non solutis, quam de nominibus non debitatis. Ergo si ducere licet argumentum ab eo, quod

A

fit

¶ 2 ¶

fit vespurium : is , qui suarum actionum , factorum ,
contraictus , pacti , conventionis a se initae immemor sol-
uebat indebitum , dignus omnino videtur , quem magis
habeamus pro sciente , quam ignorantie ; magis pro libe-
rati , quam desidioso . At nihilominus tamen aequitas sua-
det , ut quandoque et tali succurramus . Qui enim num-
mos soluebat opinione , quod eos deberet : is non id e-
git , ut donaret . Tantum insuper abest , ut accipiens ,
codem errore seductus , id agat , ut accipiat donum , ut
potius , quando aequum sectari vult , se obstrictum fatea-
tur , restituendi pecuniam indebite acceptam . Veritati
quam maxime accedit , hanc doctrinam ante oculos ha-
buisse veteres , quibus debemus conditionem indebiti .
Venit vero illius nomine actio personalis , stricti iuris ,
rei persequitoria , competens ei , qui errore seductus sol-
uebat indebitum , aut , si prius decessit , quam repetebat ,
eius heredi , aduersus indebite accipientem , eiusue here-
des , ad rem indebitam solutam , aut tantum restituendam ,
quantum accipiens soluto indebito locupletior euade-
bat .

Conditionem , de qua mihi est sermo , nuncupo
tionem personalem . Nam tanto certius est , illam na-
sci e quasi contractu solutionis indebiti a) ; quanto magis
iuris interpretatione existimandum est , quod is non mo-
do , qui , ignorantia ductus , numeros indebitos pende-
bat ,

a) § . 6 . I . de obligat . quae quasi e contr .



3

bat, ea mente duntaxat soluerit, ut, simulac solutionem indebitae factam noscebat, accipientem obstringeret ad restitutionem, sed quod etiam is, qui indebitum accepit, id ea mente acciperet, ut nihil alienum retineret. Quae autem res prae se fert speciem quandam contractus, et negotii inuicem gesti b), non vero verum contractum producit. Id quod ex eo patere, opinor, quod detur ultra, quam accipiens euadebat locupletior c) Daretur autem, necesse est, in solidum, quando descenderet e vero contractu seu conuentione. Me quidem non fugit, eruditos non insimi subsellii adseruisse conditionem indebiti nasci e vero contractu d). Si quid video: nihil inde conficitur. An tu enim existimas, temet referre solutioni indebiti actionem maioris vis, quando dixeris, conditionem indebiti fundatam esse in contractu vero? Evidem non arbitror.

Addidi in descriptione, nostram conditionem esse actionem stricti iuris. Nam et ipse diuus IVSTINIANVS eam actionibus bonaे fidei non adnumerabat e). Obiectis forsitan, haec scribenti in memoriam non venisse, quod veteres tradiderunt, conditionem indebiti ex aequo et bono introductam esse f) ac iure gentium condici posse

A 2

res

b) L. 33. D. de condic. indeb.

HOTOMANNVS Comm. ad

c) L. 26. §. 12. D. tit. cod.

Inst. iii. de obl. quas quas &

d) Inter hos agmen ducunt huc.

contr.

DONELLIVS Comm. Iur. Ciu. libr. XIV. cap. 16., et FRANC.

e) §. 28. I. de act

f) L. 66. D. de condic. indeb.



res ab his, qui non ex iusta causa possident g). Quid ergo? Loquutiones istae efficiuntur, ut indebiti conditionem actionibus bonae fidei annumeremus? Minime. Nam veteres memoratis loquutionibus ideo vni esse videntur, quoniam indebiti solutio sit tacito consensu, et ea, quae consensu perficimus, iuris naturae et gentium esse dicuntur. Quid? quod loquutiones laudatas eatenus tanquam veras agnosco, et conditio indebiti naturam actionum bonae fidei imitari videtur: quatenus non certam formam obtinuit, nec ea certam quantitatem indebite solutam, sed id duntaxat, quo accipiens locupletior evadet, perimus, eiusque determinationem iudicis arbitrio relinquimus h). Quod caeterum addiderim, conditionem indebiti esse actionem stricti iuris: hoc et vel ea propter superfluum esse, adfirmabis, quoniam nostra aetate discrimen fere omne inter actiones bonae fidei et stricti iuris contrariis moribus antiquatum sit, et omnes penes actiones bonae fidei videantur. At tua pace dixerim, ratione quaestioni, an usurae in iudicio indebiti veniant? an vero non? multum interesse, ut sciamus, num conductio nostra sit actio stricti iuris? an vero bonae fidei? Fatentur enim omnes, citra stipulationis vinculum in actionibus stricti iuris usurpas non deberi i). Qum vero conductio indebiti sit actio stricti iuris: sequitur, ferri non posse

g) L. 25. D. rer. nat.

h) L. 3. §. 22. D. de transat.

i) L. 3. C. de usur.

posse sententiam, quae damnaret reum, ut penderet usur-
ras pecunias indebite acceptae. Accedit insuper, quod
reus, indebiti condicione conuentus, veretur in opini-
one, debitum esse, quod sibi solutum fuerat. Is igitur
est instar bonae fidei possessoris, et iure optimo lucrabi-
tur fructus, donec nummos indebite acceptos bona fide
possidere definit k). Quae vero quum ita sint: tantum
abest, ut adsentiri queam HENR. HAHNIO l), BEN.
CARPZOVIO m) AVG. BERLICHIO n), SAM. STRY-
CKIO o), IOH. VLR. de CRAMER p), FRID. de BEHMER
q), qui viri omnes, usu forensi ac exercitatione celeber-
rimi, contra nituntur, et accipientem nummos indebitos
immunem volunt ab usuris solvendis, ut potius statuam,
non recedendum esse a iuris romani placitis, quod, sicuti
generatim in actionibus stricti iuris, ita etiam in primis in
iudicio indebiti non usuras, sed sortem tantummodo adiu-
dicari iubet r).

A 3

Dici-

- k) Quare si accipiens indebitum
reus est malae fidei; dubio ca-
rei, quin obstrictus sit solven-
di usuras. Ad has consequen-
das non opus est condicione
indebiti. Si, formulae nomen
nosse, cupis: condicione furti-
na institui debet. Vide, prae-
ter IUST. HENN. BOEHMERI
Doctr. de Act. For. sect. II cap.
5. §. 28. CAR. FRID. HOM-
MELII Raff. Obs. 28.
- l) H. HAHNIVS ad Wefenb. tit.
- m) E. CARPZOVIVS Resp. libr.
IV resp. 15. n. 22.
- n) A. BERLICHIVS Concl. Praet.
part. II concl. 38. n. 2.
- o) S. STRYCKIVS Tr. de Act.
For. sect. I. membr. IX §. 14.
- p) I. V. de CRAMER Obs. lib. L
obs. 100. §. 2. et libr. IV obs.
105
- q) S. de BEHMER Iur. Centron.
tom. II. obs. 108
- r) L. t. C. de condic. indeb. Con-

Dicitur tandem condic^{tio} indebiti actio rei persequitoria, puta ratione finis, quem eo absolui, docet descrip^{tio}, vt aut res ipsa indebite per imperitiam soluta, aut id, in quantum accipiens locupletior evadet, restituatur. Distinctiones, quas praeter rem de indebito excogitarunt doctores s), silentio mittens id addo, me sub nomine solutionis non illam modo solutionem intelligere, quae sit numerata pecunia, sed quamcunque satisfactio- nem.

II

Eiusdem argumenti continuatio.

Sicuti vero condic^{tio} indebiti datur tantummodo aduersus eum, qui vel ipse indebitum accepit, vel alium delegauit, vt acciperet; ita etiam a non alio, patet ex descriptione, institui posse nostram conditionem, ac ab illo, qui nummos soluehat indebite opinione, quod eos deberet accipienti. Producunt iurium antecessores nostrani conditionem similitudine rationis non modo ad indebiti remissionem, vt scilicet reddatur quantitas indebitae remissa, sed etiam ad promissionis indebitae deletionem, puta, vt ad delendum restituatur cautio super indebi-

feras, si placet, ad hanc legem
PIVB. GIPHANII *Explan. Leg.*
Cod. p. 234 sq., et IAN. A CO-
STA *Prælect. ad ill. Lycia Iur.*
Cit. p. 203 sq.

s) Earum mentionem iniiciunt
ANDR. CLVDIVS *Comm. de*
Condic. Indeb. cap. II. n. 2. et
IOR. KEBBAN *Hodeg. Iur.*
p. 428

debiti promissionem olim exarata. Quid? quod et is, ve
ego quidem arbitror, iure auxilium a conditione indebi-
ti expectabit, qui ignorantia incitatus praestabat operas
indebitas, ad obtainendam operarum indebite praestita-
rum aestimationem. Stupes, haec dum legis, ac, me-
am doctrinam cum **IVLIANVS** decisione pugnare, adfir-
mas. Scribit, fateor t;

IVLIANVS lib. 39. Digestorum.

*Si in area tua aedificassim, et tu aedes possideres, conditione
locum non habebit; quia nullum negotium inter nos contra-
beretur: nam is, qui non debitam pecuniam soluerit, hoc
ipso aliquid negotii gerit: cum autem aedificium in area
sua ab alio positum dominus occupat, nullum negotium
contrahat. Sed (et) si is qui in aliena area aedificasset,
ipse possessionem tradidisset, conditionem non habebit;
quia nihil accipientis faceret, sed suam rem dominus habe-
re incipiat; et ideo constat, si quis, cum existimaret se
heredem esse, insulam hereditariam fulsisset, nullo alio mo-
do, quam per retentionem impensis seruare posse.*

Hacdenus **IVLIANVS**. Facile esse, opinor, argumen-
tum, quod ex eius decisione desumi solet, mihi con-
trarium dissoluere. Nec de operis indebite praestitis,
nec de illarum aestimatione consequenda loquitur ante-
cessor

Q L. 33. D. de condic. ind. hin-
gas, si placet, CHR. GOTTL.
GEMELIN Diff. de Condic. Fabii

Indebite Praestit sub praef b.
FEE. CHR. CANZII Tab.
1769. habitam.

cessor optimus. Sistit nobis possessorem praedii alieni, qui in eius area vel aedificium posuerat, vel impensas fecerat fulcienda insula, id est, domo, ad quam vndique que patebat aditus, ac quae cingebatur ambitu quasi circumfluo sextertii pedis, seu duorum pedum cum semipede u). Huic indulget, aequitatis ratione incitatus, retentionem, quando dominus soli; praedium vindicaturus, impensas erogatas resarcire nolit. At eidem illi, de quo loquor, aedium possessori denegat conditionem indebiti, quando nec materiae pretium, nec famulorum mercedes repeterat, quum restituisset praedium. Cui decisioni iungit hanc rationem, quia dominus, dum aedificium, in suo solo positum, occupat, nullum cum aedificante contrahit negotium. Quid? quod amplius progre-
 ditur. **IVLIANVS.** Nec enim, ex antecessoris huius sententia, conditione indebiti succurrendum erit illi, qui ipse, non admonitus, aedificium, in aliena area positum, prius tradiderat, quam impensas restituendas exigit. Nam et hic nihil fecit accipientis, nec aliquid iuris trans-
 tulit in areae dominum, qui aedificium, ab aedificante traditum, suo iure possidere incipit. Constat enim, su-
 perficiem solo cedere, et eius esse superficiem, cuius est
 solum

n) Ita insolam describunt, prae-
 euntibus **FESTO** voce ambi-
 tus, aliisque auctoribus, **BARN-
 BRISSONIUS Antiqu. Sel. cap.**

2., sc ABR. HAVERKAMP.
*Spec. Iur. ad Constant. Harme-
 nop. Promtuar. libr. II. tit. 4.
 §. 34.*

solum w). Putasne vero, rationem, qua decisio **IULIA-**
Ni nititur, conuenire cum nostra specie? Putasne, quod,
sicuti ob adductam rationem **IULIANVS** conditionem de-
negat illi, qui in aliena area aedificans possessionem tra-
didit, ita etiam simili ratione ab vsu conditionis indebiti
is excludendus sit, qui per errorem praestiterat operas in-
debitas? Egomet non crediderim. Nam operis indebito
praestitis aliquid fecit accipientis. Manebunt semper in-
debitae, quacunque etiam ratione possessionem aedium
aut recens extructarum, aut reparatarum nanciscatur do-
minus. Tanto autem certius est, earum aestimationem
peti posse conditione indebiti incerti: quanto magis
cum analogia legum ciuiuum conuenit x), conditionem
indebiti incerti institui posse, quando res indebita est va-
loris incerti, in quarum classem, speno, sore, ut mecum
referas aestimationem operarum per errorem indebito
praestitarum. Deprehendes in hac specie omnia requisita,
quae desiderant leges ab eo, qui conditione indebiti vult.
Adest enim factum, per ignorantiam indebito
praestitum, qua operas praestans sese obstrictum esse
putabat, illas praestandi. Adest soli dominus, qui lo-
cupletior euadebat eiusdem generis operis praestitis.
Adest ergo et obligatio tacita praestandi earum aesti-
mationem.

B Non-

w) §. 29. *I de rer. divis.*

ind. L. 21. D. ad Scium Tre-
bell.

x) Arg. L. 40. §. 1. D. de condit.

Nondum actorem nostrum dimittere possum. Subnectere enim et alia debent, quibus caussa, a nobis peroranda, innititur. Nimirum opus est, ut actor, indebiti conditionem implorans, indebitum soluerit errore. Sicuti enim error generatim supponit opinionem, veritati minus congruam, et non tam facti aliquius reiue existentiam, quam potius qualitates concernit: ita etiam in primis error iuris absolvitur falsa iurium cognitione. Nimirum intellectus hominis, iuris errore imbuti, souet opinionem iuri recepto plane aduersam. Ita, ut rem breuiter illustrem exemplo, errat in iure, qui se et liberum scit, et e quibus natus sit, putat tamen, iura cognationis sibi non competere y). Quamuis caeterum in modo corrumpendi differant ignorantia et error iuris: nihilominus tamen conueniunt, si iuris effectum spectamus. Agnouerunt id veteres aequae ac illi iurium consulti, quorum aetas cecidit in aeum recentius z) Quare soluentem per iuris civilis errorem a conditione indebiti instituenda exclusum nolo.

Quid? quod idem iudicium et de illo fero, qui indebitam sortem soluebat animo dubitante, an debeat? an vero non? Haesitatio enim iudicium pecuniam indebi-

fe

y) *L. i. §. 2. D. de iur. et fact. ign.*

z) Inter hos, ut alios silentio praeterea, referendi sunt

GOTTL. GERH. TITIVS Iur.

Priu. lib. I. cap. 2. §. 3. et IOH.

LUD. SCHMIDIVS Inf. Iur.

Ciu. §. 148.

re soluentis suspendit, et proin non incongrue comparatur cum ignorantе. Accedit, quod in solutione indebiti, dubia mente facta, nec donatio, nec transactione deprehendatur. Non donatio. Desideramus enim consensum in eo, qui animo haesitante soluit. Non transactione. In transactionibus enim, ecquis neget, requiri animum, voluntatem, consensum, qui vero cessat in eo, qui incerto animo solutionem praestabat? Cessante igitur aut donationis, aut transactionis causa, puta, animo, consensu, voluntate, effectus donationis transactionis cessare, ac proin repetitio soluenti indebitum animo titubante permitti debet. In hac doctrina et vel ipsum diuum IUSTINIANVM habemus magistrum a).

At et is admitti debet ad indebiti conditionem, qui indebitum soluebat seductus ignorantia. Huius nomine simplicem scientiae priuationem venire, sciunt omnes. Conspici autem solet talis priuatio aut in iis, quae sub genere actionum physicarum veniunt, aut in iis, quae leges disponunt. Si illud accidit; adest ignorantia, quam sazi nominare mos est in iureconsultorum scholis. Quum vero circumstantia, etiam quandoque minima, et vel prudenter fugiat, ac proin facti ignorantia inculpabilis ac inuoluntaria esse possit: facile inde deteges rationem, quare haec singulari iure gaudeat in quibusdam casibus b),

B 2

in-

a) L. n. C. de condit. ind.

b) Si eos, tanquam in tabella de-

inter quos iure optimo referes, quod facit ignoran-
tia seductus condicere possit quantitatem indebita solu-
tam. Istam caeteroquin scientiae priuationem, quae ver-
satur in iis, quae leges disponunt, adpellare solemus igno-
rantiam iuris. Multum interest, an in iis capitibus, quae
ius naturale, an in iis, quae ius ciuale statutariumque de-
finit, cognitione destituaris? Quum enim ius naturale
unicuique per rectam rationem, sit promulgatum: sequi-
tur, ignorantiam iuris naturalis nec excusare quempiam,
nec actori, quantitatem indebita solutam condicenti, prod-
esse, ni forte aetas, stupiditasue mitiore sententiam
suadeant. Eatenus vero ignorantia iuris ciuilis imputatur;
quatenus lucrum quaerentes abnegare nequeunt, ius ciui-
le statutariumque promulgatum aequae ac ita comparatum
esse, ut illius notitia in omnes cadat. Quare eadem
illa ignorantia, quando sermo est de damno rei amissae,
non nocet, ac proin, ceu iamiam docebo, numini per
imperitiam iuris ciuilis soluti non modo a personis, qui-
bus iura ignorare est permisum, sed ab omnibus, iuris
ciuilis ignorantia seductis, condici poterunt.

III

*It, quod per iuris ignorantiam indebita est solutum, repeti posse
condicione indebiti; docetur argumentis e iure
naturali desumti.*

Constat nimirum, omnes in valuerum homines ha-
bere
piatos, noscere cupis: euolhas *Fauore Iur. erga' nescientes
IAC. HENR. ZOLLII Diff. de cap. 2 et 3.*

bere quādā inter se aequalitatem non naturae tantum, sed etiam iuris, vi cuius nemo officia, quae sibi ab aliis praestari cupit, cui denegare, aut plus licentiae in aliorū corpus, bonaue sibi arrogare potest. Vult igitur iubetque naturalis aequalitas c), ne cuiquam quid, ipso inuitu aut repugnante, neque vi, neque clam, auferamus: ne scilicet causis quempiam inducamus, ut aliquid suae rei ad nos transferat cum danno suo; neve minis, auctoritate, litibus absterramus, quo minus, quod sibi debetur, postuler, aut, quod haber, seruet. Quid? quod eiusdem aequalitatis est, ut, si quis aut iuris factiue errore deceptus, aut cupiditate incitatus, aut quacunque alia ratione ductus contra summum hoc praeceptum, nemini villa ratione nocendum esse, fecerit, ut, inquam, vis damni illati tollatur, ac ut non modo quasi quaedam medicina adhibeatur restituenda re alterius, quam a soliente, per iuris ciuilis ignorantiam lapsi, traditam tenet, sed ut etiam huic iuris ignorantia non noceat, quando rem indebet praestitam repetiturus condicione indebiti vtritur.

Aut vero fallit animus, aut te quam maxime turbat facta mentio restituendae rei alterius. Circulos probatio-
nis ulterioris instruendas turbans excipis forsitan, condi-

B 3

ctio

c) Ex hac aequalitate, tamquam limpido fonte, omnia officia deducenda esse monet C. A.

THOMASIVS Iurispr. Dis.
libr. II, cap. 2.

etione indebiti non agi de re aliena d). Nam solutio voluntate domini anterioris facta est, ac is, qui soluebat indebitum, non tam repetendi, quam soluendi animo numeros pendebat. Quare, dicere perges, traditione insequuta dominium quantitatis indebitae solutae transiit. Non datur de re indebite soluta, licet adhuc extet, rei vindicatio. Hinc, tuo quidem iudicio, quum res, quae solutione indebiti non amplius soluentis, sed potius accipientis est, allata ratio non stringit, quam pro oranda causa primum inde petere annis fueram, quod scilicet et vel ipsa naturalis aequalitas iubeat, ut suum cuique, hinc etiam petenti restitutionem indebiti per iuris ciuilis ignorantiam soluti, tribuamus. Nullus, ingenuus fateor, quid sentiam, pertimesco dubium allatum. Rem traditam esse, non nego. Nee diffiteor, dominium transire traditione, e) Quid? quod, iure naturali, adfirmo, omnem

- d) Hoc dubium mouet praeter
PR. DVARENVM Op. p. 904.
THEODORVS MARCILIVS
Comm. ad Inst. tit. de oblig.
quae quas. ex contr.
- e) Euolvas ea propter, si placet,
HVG. GROTI Ius Belli et
Pac. libr. II. cap. 6. §. 1. et VL.
HVBERI Digr. Iustin. libr. IV.
cap. 8. §. 4. ac Ius Ciuit. libr.
II. seqq. IV. cap. 5. §. 28. seqq.
Caeterum necessitatem traditionis,
quam ius ciuale in transf-

ferendo rerum dominio pollut, a Graecis venire arbitror. Videntur hi enim pri-
maeum commerciorum morem, qui mutua traditione
consistebat, retinuisse, et, quemadmodum non nisi soluto
pretio emtionem valere, ita
etiam nec aliter, quam possessione tradita, alienantis do-
minium transferre, atque sic
vtrinque graeca fide, quod in
proverbium venit, mercari

omnem voluntatem domini de dominio rei suaē in alterum transferendo, siue expresse declaratam, siue e certis signis elicita, esse instar traditionis, dominiumque in alterum transferre. Scire autem vellem, quis vñquam dixerit, nuda traditione transfire dominium in alios? Si naturam indolemque traditionis consideramus, quatenus ad modos acquirendi spectat: requiri, dubio caret, vt in quauis traditione rerum non modo adsit animus transferendi dominium, sed vt ea etiam suscipiantur e causa, quae ad dominium tranferendum sufficit. Neutrum vero in solutione indebiti inuenies. Licet enim indebitum per iuris ciuilis imperitiam soluens solutione inseguuta testari videatur, se velle, vt, quos pendebat, nummi fiant accipientis: obstat tamen error, quo minus pro volente habendus sit. Sicuti namque is, qui, quid rei geratur, nescit, consentire non praesumitur: ita etiam idem de illo adfirmandum erit, qui falsa iuris ciuilis opinione deceptus soluebat indebitum. Talis enim error iuris aeque ac facti impedit usum intellectus, et consensum voluntatemque excludit. Quid? quod, dum ignorantia iuris ciuilis inducebat alterum, vt solueret: nihil aequius est, quam vt ignorantia detecta ope-

retur

volumisse. Romanis tum ob-
tilitatem commerciorum cum
coloniis Graecorum eodem iure
in alienationibus vntendum
fuit, tum vero ob molestias de
dominio lites minuendas, plan-
cuit, vt quarum rerum man-

cipatio non erat, earum domi-
nia non nudis pacis, sed tra-
ditionibus et usucaptionibus,
ceu L. 20 C. de paci. loquitur,
transferrentur. Vide FR. CAR.
CONRADI de Rob. Manc. et
nec Mancipi, cap. VI. §. 7.

retur dissensum f), ac subinsequendam conditionem quantitatis indebitae solutae. Nec obstat, quod hanc rei vindicatione petere non possimus. Id enim ea propter factum esse videtur, quoniam is, cui per iuris civilis ignorantiam solutum est, perinde tenetur, ac si mutuum acceptisset. Hinc uti mutuum dans; ita etiam soluens per iuris civilis imperitiam excluditur a rei vindicatione. Desideramus insuper in solutione indebiti iustam causam. Igitur eo jure, quod naturalis ratio inter omnes homines constituit, pecuniam soluenti opinione, quod eam iuxta leges ciuiles deberet, saluum ac integrum manet dominium pecuniae per imperitiam solutae, traditione in sequentia non obstante. Ac quum nil quicquam naturae aptius esse videatur, quam ut ei ius reparetur, cui illud sine iusta causa imminentum est: sequitur, condicenti indebitum non nocere iuris civilis ignorantiam. Tanto minus a reo in ius vocato opponi poterit exceptio dominii deficientis, quanto magis ob praesumptionem bonitatis, quae uti pro quolibet, ita etiam pro indebitum accipiente militat, credi possumus, et soluentem et accipientem inter se connexisse, ut aut, quod solutum est, si adhuc exstet, restituatur cum fructibus, omnibusque illis, quae rei solutae accesserunt, deductis tamen prius impensis, aut ut, si numeri indebitae soluti non existant, eorum aestimationem praestet accipiens.

Ne-

f) WOFFG. AD. LAVTERBA- CHIVS Diff. de Volunt. §. 20.
n. 6.

Nescio, an et hanc rationem iungam? Scilicet quum nihil magis humanum sit, quam errare: sana ratio et aequitas vult iubetque, ut restituatur id, quod quis aut facti, aut iuris civilis ignorantia seductus amisit. Nam in soluente indebitum per iuris civilis ignorantiam deficit vera et certa scientia, ac, vbi cunque non est sufficiens ad consentiendum rei cognitio, ibi consensus esse nequit g), atque proin non potest non is, qui errat, inuitio comparari. Quare quemadmodum omnia negotia, quae errore suscipimus, irrita sunt atque nullius momenti: ita etiam hic ipse actus, quo quis per ignorantiam iuris civilis indebitum soluebat, et conditioni nostrae renunciabat, ipsi nocere non poterit, quum veritas rerum geslarum erroribus non vitietur h) Nec est, quod conqueratur, contra quem condicatio indebiti instituitur. Si enim iuris civilis ignorantia postea emergat: neuter consensisse in solutionem praesumitur, vt pote errantis nullus est consensus, nulla voluntas. Nil insuper naturali aequitati magis est conueniens i), quam ut succurramus personis, quae iuris

ciui-

g) Quosdam tamen casus, in quibus error non plane tollit consensus, refert NIC. HIER. GVNDLINGIVS in Gundling. P. 33. p. 230. sq.

h) Enduantur praeter interpretationes ad L. 116. §. vlt. D. de reg. iur. RICHTERI Dec. P. II. dec. 76.

n. 172. et CHR. VLR. GRVPE. nII Disc. For. p. 419. sq.

i) In hoc unicam omnis iustitiae normam latere, atque omnem ex eo obligationem estimari, putat IOH. CAR. van WACHENDORFF in Diff. Triade p. 232. sq.

C

civilis ignorantia lapsae certant non tam de lucro captando, quam potius de damno vitando. Id quod autem sit, quando condictionem indebiti indulgemus illi, qui non facto, sed iure errauit, putans, se iure ciuilis debere, quod non debebat, et nihilominus tamen soluebat.

III

Soluentem indebitum per ignorantiam iuris ciuilis admittendum esse ad condictionem indebiti, docetur e L. 7. D. de iur. et fact. ignor.

Eam esse, dicas forsitan, in vita ciuili veram philosophiam, ut non secundum philosophiae abstractiones, quam potius leges iudicemus. Tacendum igitur mihi esse, monebis, ni ostendam, eandem, quam egomet, doctrinam tradidisse veteres, quorum fragmenta corpori iuris inserta inuenimus. Audias quoas, qui haec profers, audias, quod hunc in modum scribat k)

PAPINIANVS lib. 19. Quæstion.

Iuris ignorantia non prodest acquirere volentibus, suum vero potentibus non nocet.

Super quæstionem, an lapsis imperitia iurium ciuilium succurrendum sit, litem PAPINIANI aetate agitatam fuisse, nos dubitare non finit inscriptio allatae decisionis. Meminit enim librorum quæstionum, quos PAPINIANVS confecit. Sciunt vero rerum periti, iurium antec-

k) L. 7. D. de iur. et facti ignor.

decessores responsis editis decidisse singulares facti quæstiones e iure constituto succinctim; quætionum libros e contra ab ipsis confectos continuisse vberos, diffusosque tractatus, in quibus iureconsulti non modo suo arbitratu de iure controuerso disputatione disputarunt, sed etiam annotare consueuerunt, quæ ipsis assidentibus et suadentibus in disputationibus et auditoriis per sententiam de iure dubio constituta sunt !) De obmota quæstione dubia, an ignorantia iuris civilis suum potentibus noceat? mentem aperturus PAPINIANVS curate seiungit acquirere volentes ab iis, qui iurium ciuilium immemores suum amiserant. *Ignorantia iuris*, PAPINIANO iudicante, non prodest, seu, quod idem denotat, nocet acquirere volentibus, veluti bonorum possessionem, post elapsum tempus, exigentibus, quando nesciunt, eam aut proximitatis nomine, aut scriptis heredibus deferri m); aut usucapere volentibus, si putant, se usucapere posse rem a pupillo emtam fine tutoris auctoritate n). Sed eatenus, quatenus ius non saluum, sed extinctum esse incipit, *iuris ignorantia suum potentibus non nocet*. Mens decisionis Papinianae, vt ego quidem coniicio, eo redire videtur. Tantum nimi-

C 2 rum

1) Quod memorata ratione quætionum libri a responsis differat, testes sunt IAC. C. et IAC. TRACT. I. ad African.

Corn. de falf. Adiecta legitur
Eius Obs. ad ius rom. dec. I.
p. 147.

in pr. et B. BRANCHV. Disp. I. ad L. 14. pr. et §. 1. D. de iur. et fact.

m) L. 1. §. 1. D. de iur. et fact.

ign.

n) L. 2. §. 15. D. pro emt.

rum abesse, ut in eo solo, quod suum ius dominus nesciat, ratio quaerenda sit, ob quam alter ius domini interuertere, idque sibi acquirere possit, ut potius ignorantia iuris civilis dominum non impedit, quo minus ius suum peteret, et actione persequi possit. Ita ergo, quamuis, tibi ius esse, nescias, aut rem deperditam vindicandi, aut creditum a debitoris herede repetundi, aut pignus a tertio possessore persequendi; inscitia iuris PAPINIANO iudice, non nocebit tibi, tuum petenti, si modo ius circa rem tuam non aliunde sublatum est. Pari ratione is, qui iuris civilis nescius non praestabat, quod sub priuationis poena praestari ei fuerat iniunctum, in damno rei per priuationem amittendae, veniam ignorantiae iuris civilis impetrabit o). Cuius decisionis Papinianae, spectantis generatim ad omnes, qui de damno vitando laborant, quasi corollarium etiam hoc est, ut, si quis iuris civilis ignorantia ductus nummos indebitos pendebat, ipsi legum imperitia non noceat, seu, quod idem esse puto, ut prosit ad hoc, ut repetere omnino possit condicione indebiti nummos, iuris civilis ignorantia solutos, qui apud accipientem sine causa esse deprehenduntur. Si enim verbum non nocere haud ita explicas, ut innuat, iuris civilis ignorantiam prodesse soluenti indebitum ad id, ut condicione indebiti vti possit p): fateamur, necesse est, in-

o) Vide G. L. BOEHMERVM de derata Inuestitura, c. IV. §. 52.
Inuest. Euent. simul. non des. p) Dissentit cum aliis IAC. CV-

in scitiam iuris nocere potentibus suum, contra PAPINIA-
NI sententiam.

At dubio procul hanc nostram interpretationem et
vel eapropter contortam nuncupas, quod verba *suum per-*
tere, quibus vtebatur PAPINIANVS, intelligenda sint de eo,
qui ius in re retinuit, adeoque ad eum casum non per-
tineant, vbi dominium translatum est. Quale quid autem
accideret, quoniam quis solutione interueniente alterum pe-
tuniae solutae dominum faceret, adeoque damnum non
pateretur in amissione rei suea q). Quem scrupulum, ne
torqueat progredientes, illicet eximam. Scilicet quoniam
notum sit omnibus, quod error impedit consensum, et
translationem dominii r): dicendum omnino erit, quod
et is, qui per ignorantiam iuris ciuilis soluebat indebitum,
non consenserit in dominii translationem, adeoque num-
mos solutos dicere adhuc possit suos. Accedit et hoc,
quod vocula *suum* non rarenter comprehendat, quic-
quid in patrimonio est, vel inde abscessit. Discimus hoc
tam ex ipsa definitione legali iustitiae, quam ex innu-

C 3

me-

IACIVS Obs. libr. IV, obs. 39.
nocere, putans, et non pro-
desse, esse diuersa. Sed legas,
quaes grauiter ei opposuerunt
IOH. ROBERTVS Recept.
Let. libr. II. cap. 27., et GE.
FRANTZKIVS Comment. in
Pand. tit. de condic. indeb. n.

31. f.

q) Hoc dubium mouent FRANC:
DVARENVS Comm. in tit.
de condic. ind. fol. 904. Op. et
IOH. STRAVCHIVS Diff. ad
L pen. et vlt. C. de cond. ind.
cap. I. n. 27.
r) L. 35. D. de acqu. rer. dom.

22

meris aliis legum locis f.). Iurare auserim, **PAPINIA-**
NVM scribentem, iuris ignorantiam suum petentibus non
nocere, voculam *suum* latiori hoc sensu accepisse. Quis
enim crederet, tam celebrem antecessorem fugere potu-
isse, quod, indebito per iuris civilis ignorantiam soluto,
ad sit vitium in titulo, quo accipiens nummos indebito so-
lutos nititur, quodque proin dominium pecuniae, de qua
est sermo, nec traditione, nec solutione recesserit a sol-
uente indebitum per ignorantiam iuris civilis? Quae ve-
ro quum ita sint; non video, quid impedit, quo minus
de condicente indebitum usurpemus loquitionem Papi-
nianeam, ac dicamus, iuris ignorantiam non nocere ipsi
suum petenti? Constat enim, quod non modo de condicen-
te veteres dixerunt, ipsum petere t), sed quod etiam ipse
PAPINIANVS afferuit u), condictione indebiti renocari
confueuisse, quod alterius apud alterum sine causa depre-
henditur.

V

Causam condicentis solutum ex ignorantia iuris civilis

iuuari L. 8. D. de Iur. et Fact. ign., docetur.

*Causam soluentis indebitum ex iuris civilis ignoran-
tia defendens, laetor, me adinuenisse et aliud fragmen-*

tum
s) L. 6. §. 6. D. quao in fraud.
ered., L. 5. §. 5. D. de dolii mali
et met. except., L. 5. C. de petit.
bered.

t) L. 53. D. de cond. ind. Iungas
BARN. BRISSONIVM de
Verb. Sign. voce peto.
u) L. 66. D. de cond. indeb.

tum iam illustrandum, quod, dici vix potest, quantum
nos iuuet. Tradidit w)

IDE M lib. I. Definitionum.

*Error facti ne maribus quidem in damnis vel compendiis
obest: iuris autem error nec foemini in compendiis pro-
dest: Caeterum omnibus iuris error in damnis amittendae
rei suae non nocet.*

Quum pro definitione logica vox definitionis vix in universo iure usurpetur, sed potius iurium consultis veteribus definire sit, pro regula aliquid statuere x): coniici e recitari fragmenti inscriptione licet, PAPINIANVM regulam generalem posteris tradere voluisse. Primum nempe definit, *errorem facti non obesse*. Quae regula, primum posita, generalis est tam quoad personas, quam quoad res. Prius namque, ecquis non videt, ex eo elucere, quoniam, PAPINIANO iudicante, error facti non obest, hoc est, lucro adficit, et damno literat et vel *iffos mares*, factorum ignaros? Definitionis huius constitutae ratio in eo latere videtur, quod facta saepius et vel prudentissimum fallant, ac raro adsint, qui tanquam Corycae omnia odorentur, perscrutentur, inuestigent. Alterum exinde patescit, quia iuxta PAPINIANI effatum error facti ne maribus quidem obest in *damnis vel compendiis*, id est, si quā factorum immemores nec acquisuerunt, quae aut ac-

qui-

w) L. 8. D. de iur. et fact. ignor.

x) Consulas ea propter EVERH.

OTTONIS Papinianum cap.
XII. §. 3.

quirere potuerant, aut saltim ipsis sub spe debebantur, nec recuperauerunt, quae, ipsorum esse, haud ita pri-
dem desierant.

Quae hanc primam definitionem excipit, regula al-
tera, ut ego quidem ex allatis verbis concludo, huius est
tenoris, *error iuris cuique nocet*. Decet enim omnes, ut
communem eorum, quae continentur legibus, intelligen-
tiam habeant y), et ut illi inprimis, qui nec ius, nec iu-
reconsultorum articia didicerunt, peritiores consulant
z). Haec altera definitio, generalis quidem quoad subie-
cta, id est, leges et diuersas species iuris, PAPINIANO
definiiente, admittit moderamen e caussarum varietate.
Nempe quis, ob iuris civilis ignorantiam, non habet rem,
vel quia eam non acquisiuit, vel quia acquisitam amisit.
Illud quando accedit, hoc est, quando quis, iuris civilis
ignorantia seductus, compendium facere omisit: *error iuris*
nec foeminis prodest, nec ipsis proin subueniri solet, tametsi
caeterum ob sexus imbecillitatem maiori fauore dignae
videantur ac mares a). Hoc vero quando contigit, hoc
est, quando adest damnum rei amissae: *error iuris et mulie-
ribus, et omnibus non nocet*. Nec obstat, quosdam erudi-
tos hanc regulam non vniuersalem, sed specialem dice-
re

y) L. 9. C. de leg.

z) L. 2. §. vlt. D. quis ordo in
bon. poss. seru.

a) Id, quod PAPINIANVS ge-
neratim definiuit, admittit su-

as exceptiones, quas tradit
IOH. KLEINIVS *Diff. de In-
noc. Mulier. Iuris Ignor. cap.
II. n. 61sq.*

re b), eosdemque contendere, quod, sicuti e quorundam
coniecta c), effatum **VLPIANI** affirmantis d), omnes
seruos statos non esse, ita intelligent, quod quidem stati
non sint, eadem ratione et recitata **PAPINIANI** verba
omnibus non explicanda sint per *non omnibus*, ita, ut er-
ror iuris quibusdam noceat, quibusdam vero non. Qua-
explicatione mentem falsam **PAPINIANO** adsingi, op-
nor. Ut enim non virgeam, non aliter, ac nos, legis
sententiam olim iam retulisse graecos interpretes digesto-
rum e) cum **HARMENOPVLO** f), antecessorum sui aeni
doctissimo. Id autem annotasse, e re mea erit. Pugnat
haec explicatio contorta cum generali effato **PAPINIA**
NI ante recitato, iuris ignorantiam suum potentibus, id
est, de damno vitando laborantibus, non nocere. Pa-
rum vero differt, qui suum petit, ab isto, qui animo ges-
tit, ne damnum rei amissae suae noceat. Ita vero nec
ea, quibus alii nobis molesti esse solent, poterunt tolera-
ri, errorem quidem iuris non nocere, sed solutionem.

Quam

b) Ita post **FRANC. BVARE-**
NVM ad **Rubr. C. de iur. et fa-**
cti ignor. censet **IOH. SCHIL-**
TERVS Exerc. XXXV. §.31.

c) **EVERH.BRONCHORSTIVS**
'Evart. cent. I. off.77.

d) **L.9. §.1.D.** si quis cauit.

e) In **Synopfi Cuaderni** libr. **II.**
tit. IV. cap. I.

f) **HARMENOPVLS** in **Prom-**

Dtuar. **Iur. Ciu. libr. I. tit. I. in-**
fin. vbi diserte, iuris ignoran-
tia, inquit, sua quidem peccan-
tibus non nocet, ad lucrum au-
tem, utpote acquirere volunti-
bus, non prodefit. Addas, qui
regulam hanc exemplis pro-
bat, **HVG. GROTIUS Flor.**
Sparf. ad **ius Iuslin. p.180,** e-
dit, Gebauer,

Quam incaute, ne dicam, friuole hoc adstruatur, omnibus, non tam spero, quam confido, patebit. Lübens concedo, ignorantiam iuris ciuilis esse quandoque causam solutionis. Sed concedant etiam mihi, rogo, eandem esse quoque causam damni. Caussam enim causae, caussam quoque esse caussati, quis est, qui vnuquam vocauerit in dubium? Quid igitur? si non haberet repetitio nem is, qui iuris ciuilis ignorantia indebitum soluebat, nonne damnum pateretur in re sua? Quae vero quum ira sint: illud consequens esse videtur, ut semper dari debeat condicatio indebiti, quoties non modo facti, sed etiam iuris ciuilis ignorantia seductus solutionem praestitit, ac sic damnum rei suae passus est. Contemnimus PAPINI ANI doctrinam naturali ratione fundatam, si soluentem indebitum ex iuris ciuilis ignorantia excludimus ab usu condicione indebiti.

At vellere aurem videntur ANDR. CLVDIVS g), IOH. IAC. WISSENBACHIVS h), IOH. WILH. MARCKARTVS i) aliique, qui omnes inter rei amittendae et amissae damnum distinguentes adserunt, effatum PAPINI ANI de errore iuris, in damnis amittendae rei suae innoxio, loquentis, non iuuare soluentes indebitum per im-

peri-

g) A. CLVDIVS l. e. cap. I. n. 10.

h) I. I. WISSENBACHIVS Diff. ad Dig. XLIII. n. 41.

i) I. W. MARCKARTVS Diff. de

Condic. Italob. per error. iur. ciuil. soluti cap. II §. n. Inf. ferta legitur Eius Exercit. A cadem.

27

peritiam iuris ciuilis, utpote qui non laborant de re amittenda. Concedo, istum non certare de rei amittendae damno, sed de re amissa, qui indebitum, iuris ciuilis ignorantia solutum, repetere satagit. At, ceu ego quidem coniicio, tantum abest, ut inde aliquid nostrae cause decedat, ut potius, dubium allatum continere, statuam, fallaciam diuisionis, ceu dialectici loquuntur, indignam iuris interprete. Si enim, quod volunt securi septentes, soluens indebitum per ignorantiam iuris ciuilis haud admittitur ad conditionem indebiti: amittit rem indebite solutam, adeoque ipsi, PAPINIANO repugnante, nocet ignorantia iuris ciuilis in damno amittendae rei sua. Accedit, quod recitata verba antecessoris non de tempore conditionis indebiti instituenda, quam potius factae solutionis indebitae intelligenda sint. Eo enim temporis momento, quo quis ignorantia iuris ciuilis soluebat indebitum, versatur in damno rei amittendae, non vero amissae. Si hoc non ita interprelamur: nec is me hercule! admittendus erit ad conditionem indebiti, qui facto errans soluebat indebitum. Nam et hic versatur in damno rei amissae, quam condicere vult.

VI

Aliud argumentum pro condicente indebitum solutum per iuris ciuilis ignorantiam adseritur e L. 59. D. de cond.

ind, et L. 79. D. de leg. I.

Hactenus ytebar rationibus, conquisitis e legibus,

D 2

quae



quae quidem mentionem iniiciunt erroris aequa ac ignorantiae iuris, sed in quibus non expresse conscriptum legimus, quod indebitum soluens, ignorantia iuris ciuilis lapsus, non debeat excludi ab usu conditionis indebiti. Recitabo igitur legum fragmenta, quibus et talia disposita legimus. Audias denuo PAPINIANVM. Infit k)

IDE M lib. 2. Definitionum

Si fideiussor iure liberatus, soluerit errore pecuniam, repetenti non obseruit: si vero reus promittendi, per errorem et ipse postea pecuniam soluerit, non repetet: cum prior solutio, quae fuit irrita, naturale vinculum non dissoluit, nec ciuile, si reus promittendi tenebatur.

Dum recitatam definitionem PAPINIANI legis: vix te continere potes, quin exclames, cauissam abs me perorandum eo minus hoc fragmento iuuari, quo maiori sollicitudine viri summi obseruauerint l), toties, quoties in iure nostro simpliciter erroris fit mentio, errorem facti subintelligendum esse, eundemque tunc in primis significari, quando in titulo aut pandectarum, aut codicis de conditione indebiti, quid solutum dicatur per errorem. Qui te stimulat ac pungit, scrupulus me non mouet, ut credam, PAPINIANVM loqui de condicente indebitum solu-

k) L.59. D. de condic. indeb.

l) Ita sentiunt IAC. CVIACIVS
in Papin. libr. II. defin. ad cit.
L.59. IOM. IAC. WISSENBA-

CHIVS, l.c. n. 40. VLR. HYBEE-
GVS Eunomia Rom. ad L. 28.
D. de cond. ind. n. 2.

solutum per facti errorem. Sistit is fideiussorem iure liberatum. Quam de tali modo loquatur, non vero simul de debitore liberato: coniici exinde licet, PAPINIANVM hic non subintelligere fideiussorem interueniente acceptilatione quadam liberatum. Si enim fideiussoris liberatio contigisset acceptilatione; obtinuisse debitor vna cum illo liberationem m). Igitur me errare non puto, si, sub nomine fideiussoris iure liberati talem fideiussorem venire, dicam, qui alium sua vice delegavit. Delegatione enim, fatebuntur rerum periti, obligationem omnem fideiussoris, extingui, eundemque liberatum dici posse n), reliquas e contra personas obligatas, qualis est in allata decisione PAPINIANI reus promittendi, non liberari, ni verbis expressis cautum erat, quod et ipsos tangat delegatio. Talis fideiussor doleret patrimonii decessionem, ac creditor stipulans ditior evaderet cum illius injuria, quando is, quam nescius iuris delegationis, ipsum liberantis ab oneribus, fideiussionem quandoque sequentibus, quando is, inquam, numeros indebite per iuris ciuilis ignorantia.

D 3

am

m) L. 13. §. 7. D. de accept.

n) Quare aliud dicendum est, si fideiussor, omissa divisione aut excusione exceptione, per imperitiam solidum soluebat. Quum enim generatione turpe sit, id repetere, ad quod soluendum ductu ratione rectae motus semet ipsum

condamnabat; quamque fideiussor in solidum sit obligatus: sane illud, quod ultra suam portionem soluebat per iuris ciuilis ignorantiam repetere non potest, L. 49. §. 1. in fin. D. de fideiuss. w. A. LAVTER. BACHIVS Tract. synopt. de Cond. Indeb. §. 1. n. g.

am solutos conditione indebiti repetere non posset. Mirum igitur non est, si, qui generatim pro regula statuit, ignorantiam iuris suum potentibus non nocere, PAPINIANVS afferat, errorem non obesse fideiussori repetenti pecuniam solutam errore iuris, puta illius, quod ipsum liberauerat. Rescindenda igitur est, iuxta PAPINIANI mentem, solutio, quae siebat post liberationem delegatione inseparabili. Eapropter vero, iurare auferim, solutionem hanc, conditione indebiti rescindendam, titulo *solutionis irritae* condecorat, quoniam nec naturale, nec ciuile vinculum adest fideiussoris, iure delegationis quidem liberati, at nihilominus soluentis per ignorantiam illius iuris, quod perirebat obligationem e fideiussione olim subortam. Si vero, PAPINIANO iudicante, fideiussor per acceptilationem liberatus ab onere, quod, debitore bonis lapsu, ob interpositam intercessionem subire debuisse, conditione indebiti repetere potest indebitam pecuniam, quam post factam delegatione liberationem soluebat per imperitiam istius iuris, quod ipsum a praestanda solutione liberabat: sequitur, et quemuis alium, naturali vinculo non obstrictum, haud excludendum esse ab indebiti conditione, quandois, cetero in memorata specie liberatus fideiussor faciebat, juris ciuilis ignorantia lapsus soluebat indebitum.

Dum ita sum de hac conclusione sollicitus tu, audiendi pergaesus, mirum ne increpabis, et dices, hanc extensionem aduersam esse datae PAPINIANI definitio-

31

tioni. Non tam spero, quam confido, fore, ut in meam sententiam eas, si attrulero responsum, e quo elucer, laudatum antecessorem eodem modo, quo egomet, rationari consueuisse. Scribit o)

IDE M (lib. II. Responorum)
Quae fideicommissu moriens libertis viri debuit, corundem praediorum suis quoque libertis fructum reliquit; iuris ignoratione lapsi, qui petere praedia ex mariti testamento debuerunt secundum fideicommissum inter ceteros longo tempore percepérunt: non ideo peremptam videri petitio nem prioris fideicommissi constitit.

En PAPINIANI responsum iubens, ut ne is, qui per iuris imperitiam patitur, alium uti resibi debita, cadat credito! En PAPINIANVM respondentem, ne illius petitio perempta sit, qui iuris ignorantia lapsus erat! A PAPINIANO, caussae nostrae patrono, alienus abibis, si condicitionem indebiti non indulges indebitum soluenti per ignorantiam iuris ciuilis.

VII

Pro oranda eauffa condicentis solutum indebitum ex iuris ciuilis ignorantia argumentum ex L. 38. D. de cond. ind. defumi posse, docetur.

Ne putes, iurium consultos veteres, quorum canticos a diuo IVSTINIANO vi constitutionum imperialium

o) L. 79. D. de legat. II.



um donati sunt, dissentire a PAPINIANO, nostram causam defendantem, e re esse, opinor, qui subiiciam AFRI-
CANI effatum, condicenti nostro proficuum, quod vero
commentariis mirifice inuoluerunt non casci obscurioris
aeui interpretes, sed cultissimo seculo exorti magni viri,
artibus omnigenis instructi, lumina et columnae ciuilis
scientiae p.). Tradidit nempe q)

AFRICANVS libr. IX. Quæst.

Frater a fratre, cum in eiusdem potestate essent, pecuniam
mutuatus, post mortem patris ei soluit: quæsitum est, an
repetere possit? Respondit, utique quidem pro ea parte,
qua ipse patri heres extitisset repetiturum? pro ea vero,
qua frater heres extiterit, ita repetiturum, si non minus
ex peculio suo ad fratrem peruenisset: naturalem enim ob-
ligationem, quæ fuisset, hoc ipso sublatam videri, quod pe-
culti parte frater sit consecutus.

Quo magis tenorem recitati responsi intueri queas, erua-
mus facti speciem, quam ab optimis interpretibus ad-
optatam

p) Inter hos nomina profitentur
LVD. CHARANDAS Verif.
lib. I. cap. 9., HEN. COGGE-
IVS Iur. Conr. libr. XII. tit.
6. q. 6. IOH. CORASIVS Op.
tom I. p. 633., CORN. van ECK
de VII legib. damn. Dig. cap.
III., ANT. FABERV. Coni.
lib. XX, cap. 22., HENR. a SVE-
RIN Rep. Leet. Iur. Ciu. cap.

X, PETR. de TOVLLIEV
Diff. ad L. 38 D. de Cond. Ind.
in Eius Collectan. p. 46, VDALR.
ZASIVS Op. tom. V. p. 239.
Caeterorum communiarioris in
hanc legem silentio omisito;
quos inuenies in ev. OTTO-
NIS Thef. Iur. Ciu. tom. V.
q) L. 38. D. de condit. ind.

pratam prolatā verba proferunt. Lucius et Cornelius, in iisdem sacrī constituti, vterque habebat peculium profectū C. aureorum 1). Dabat Lucius fratri suo L. mutuos. Paulo post pater soluebat debitum naturae. Peculio utroque in hereditatem paternam collato hanc inter se diuidunt, accepto eam in rem familie ericundiae iudicio. Quum putaret Cornelius, adhuc se debere L. aureos Lucio fratri: fidem exsoluebat obligationis, creditumque restituēbat. Ast post solutionem, ignorantiam iuris civilis, quā ductus creditum restituerat s), expertus erat, et paulo propius considerans naturam debiti pecularis, permixti in hereditate paterna iam diuisa, putabat Cornelius, se Lucio fratri peculiare nomen, puta, L. aureos indebitos restituisse. Consulebat igitur AFRICANVM, an integrā summā, iuris civilis imperia solutam et quasi indebitam? an vero dūtaxisat partem restitutorum L. aureorum condicere posset? Quid ad haec AFRICANVS? seu potius, vt alii volunt t), quid in consilium ab ipso adhibitus

IVLIA.

- r) Tale peculium subintelligendum esse, docuit CHR. DAV. GERLACH *Diff. ad eit. L. 38.* p. II.
- s) Quod et vel fecus sentientes iuris ignorantiam hic intelligent, factor. Vid. I. W. MARCKARTVS *I.c. cap. II §. 7.*
- t) Sunt nempe, qui, IVLIA. NVM intelligendum esse, volunt, quum, ſeu in hac lege
- E

IULIANVS? Pensatis rationibus curate propositam quaestione distinguebat. Distinctio ab ipso adhibita eo reddit, *vt aliud iuris constituatur pro parte, qua Cornelius debitor patri heres extitit; aliud iuris autem pro illa parte, qua Lucius creditor patris heres fuit.*

Quod ad prius membrum attinet: statuit **AFRICANVS**, *vtique repetiturum*. Omisit quidem antecessor responsu*m* iungere rationem. Allaborabo, an aliquam inuenire queam? Eam esse, sciunt omnes, peculiis profectitii indolem, *vt non modo illius proprietas ac dominium spectet ad patrem, sed vt etiam in primis in nostra specie Lucius, peculiare creditum dans, Cornelium sibi quidem naturaliter obstringat, et ciuilem obligationem inde suboram illicet acquirat patri u).* Quod igitur vi ciuili nascitur, ius crediti peculiaris patri obuenit plenō iure, ita, *vt apud fratrem, qui L. aureos mutuos dederat, vix somnum vmbrae naturalis obligationis, vix nudum et inefficax nomen creditoris naturalis, vix facti praeteriti memoria permaneat.* Post patris vero obitum, sciunt omnes, omne ius crediti ac debiti in bonis paternis obuium, suis heredibus aequa lance reddendum esse, ac propin ad eosdem istam obligationem peculiarem transmittendam. Sicuti igitur, patre mortuo, Cornelius, debitor obligationis peculiaris, patri creditori pro semisse heres exti-

u) L. 2. §. 5. L. 4. D. de acqui, vel omitt. poss.

extitit, ac pro illa parte memorata obligatio ad ipsum transit: ita etiam, natura non repugnante, idem si sibi dimidiā partem obligationis paternae debet, eaque in Cornelio debitore confunditur et consumitur ob iuris ciuilis rationem, quae non patitur, eundem sibimet ipsi debore w). Cuius rei illud consequens esse, opinor, vt, posteaquam Cornelius hereditati paternae semet immiscuerat, atque media parte obligationis peculiaris liberatus fuerat, non amplius hanc partem, confusione extinctam, debeat fratri Lucio. Annon igitur Cornelius noster, quum nihilominus, post suscep̄tam hereditatis paternae diuisionem, integrum peculiare creditum restitueret opinione erronea, confusione crediti ac debiti, quae infequabatur immixtionem hereditatis paternae, sibi pro sua portione hereditaria non profuisse, annon, interrogo, soluebat plus debito? Annon Cornelius noster restituebat indebitē mediā partem crediti, quae ipsi, post patris obitum, quæsita et quasi in ipso, hereditati paternae semet immiscente, extincta fuerat? Annon iuris ciuilis ignorantia dūctus reddebat semissim nominis nec naturaliter, nec ciuiliter debiti? Omnino x). Non mirum igitur est,

E 2

w) L. 59. §. 2. D. de solut. L. 56.

§. 1. D. de fidei.

x) Quae quum non obseruasset

FRANC. HOTOMANVS Disq.

Renou. ad L. 38. D. de cond. ind.

inserita eius Quæst. Jur. p. 338.

pro repetitum legebat addita negatione, non repetitum.

Quæ temeraria HOTOMAN-

NI correclio bilem I. CVIA-

CIO adeo movebat, ut eum in

Trast. II, ad Avis. ad hanc L.

si Cornelium condicione indebiti repetiturum pro ea parte, qua debitor ipse heres existisset, affirmat AFRICANVS, non simplici dicto, sed enixa adffirmationis geminatione, vtique quidem. Num vero crederes, AFRICANVM, qui eatenus Cornelium ab vsu condicitionis indebiti exclusum esse noluit, quatenus liberatus per iuris ignorantiam soluebat partem medianam crediti nullo iure debiti, alia ratione editurum esse responsum, quando ipsum consulere posses, an is, qui iuris civilis ignorantia lapsus soluebat indebitum, admittendus sit ad condicitionem indebiti? Non tam spero, quam confido, fore, vt et cuius alii, indebitam quantitatem per iuris civilis imperitiam soluenti, indulgendarum esse, dixisset, condicitionem indebiti.

Vt vero AFRICANVM, quando ipsum consuluissest, in meam partem discessurum fuisse, credam, me in primis mouet responso, ad alterum quaestioneis proposita membrum data. Nimirum fieri posse, praevidebat, vt iracundia incensus Lucius regereret, mi Cornelii licet obligatio peculiari, patri abs me quae sita, post patris obitum ad te pro semisse eo effectu transferit, vt tu, AFRICANI consilio, pro illa semisse libereris, ac proin XXV. aureos, quos tu liberatus per iuris civilis imperitiam soluebas, condicione indebiti repetere posses, tamen altera pars istius obligationis peculiari, qua egomet heres pa-

tri
ad Tbes. Iur. Ciui. tom. V.
p. 25.

fecunda dignum pronuntiet.

lungas ev. OTTONIS Praef.

tri existit, non interiit, ac proin reliquos XXV. aureos,
 abs te post heretam familiam paternam obligationis pe-
 cularis tollendae ergo solutos, tanquam mali debitos,
 retinebo non formidans indebiti conditionem. Quid
 ad hoc dubium regeret AFRICANVS? Pro ea par-
 te, qua frater heres extiterit, insit, ita repetiturum, si non
 minus ex peculio suo ad fratrem peruenisset. Naturalem e-
 nem obligationem, quae extitisset, hoc ipso sublatam videri,
 quod peculii partem frater sit consecutus. Vult, prout ego
 quidem coniicio, antecessor, ut curate animaduertamus,
 an ad Iucium, hereditario tantum nomine fratrem Cor-
 nelium, sibi naturaliter ratione pecularis crediti obstri-
 etum tenentem, nihil peruerterit e Cornelii peculio, for-
 te, quoniam vel prius consumtum fuerat, quam pater
 diem supremum obiit, vel alteri illud peculum legatum,
 donatumque erat a patre? an vero e Cornelii peculio,
 hereditati paternae illato, pro illa parte obligationis pe-
 cularis, qua Lucius patri heres extiterit, ad hunc aliquid
 peruerterit? Si Lucius nil omnino habeat e Cornelii pe-
 culio: illos XXV. aureos, post diuisiōnem hereditatis pa-
 ternae solutos, retinebit, nec Cornelius conditione in-
 debiti eos repetet. Nam media pars naturalis obligatio-
 nis, e credito peculari accepto subnatae, ex hereditate
 patris Lucio acquisita remanebat integra, et XXV aurei,
 post diuisiōnem hereditatis paternae restituti, naturaliter
 debiti erant, Lucio quippe nil habente de Cornelii pecu-

lio. At quando non minus, ac illa pars crediti peculia-
ris valet, qua Lucius heres patri extitit, ad hunc e Cor-
nelii peculio peruenit, hoc est, quando medium partem
obligationis pecularis, ex hereditate patris, Lucio ac-
quisitae, seu XXV aureos e Cornelii peculio nactus est:
indebitum Lucius accipit, si praeter illam aeris peculia-
ris partem, qua ipse heres patris extitit, insuper et alios
XXV aureos per iuris civilis imperitiam exsolutos accipe-
ret. Nam naturalis ratio, iudicante AFRICANO, tolli-
tur, si tantum de Cornelii peculio consequitur Lucius,
quanta est media pars obligationis pecularis, Lucio ex
hereditate paterna accrescens. Dum enim Lucius tan-
tum e Cornelii peculio nanciscitur; quanta fuerat media
pars obligationis pecularis, Lucio ex hereditate paterna
accrescens: Cornelius Lucii debitor esse definit, ac, iux-
ta AFRICANI responsum, ex perceptione atque natura-
lis partis debitae adsecutione illa obligationis pecularis
pars, pro qua Lucius heres patri extitit, non elisa, non
cessans, quae instaurari restituine posset retentionis,
de-
ductionis, compensationis effectu, sed sublata penitus est
in perpetuum. Non mirum igitur est, si, ex iudicio A-
FRICANI, Cornelius conditione indebiti repeteret, quod
juris errore post divisionem paternae hereditatis indebito
soluerat. En ergo doctrinam ab AFRICANO traditam,
qua is, qui iuris ignorantia seductus soluebat indebitum,
omnino admittendus est ad conditionem indebiti.

VIII

VIII

*Cauffam condicentis indebitum de censuris argumentum e L. 4. D.
de cond. indebiti petere potest.*

Lubentes mittamus argumentum desumptum ex una
earum legum, quas damnatas vocare, mos est y). Pro-
ducamus ergo alium iureconsultum, mihi non contrari-
um. Sribit nempe z)

MARTIANVS lib. III. regul.

*Qui exceptionem perpetuam habet, solutum per errorem
repetere potest. Sed hoc non est perpetuum: nam siquidem eius
causa exceptio datur quo cum agitur, solutum repetere potest;
vt accidit in Senatusconsulto de intercessionibus: ubi vero in
odium eius cui debetur, exceptio datur, perperam solutum
non repetitur; veluti si filius familias contra Macedonianum
mutuam pecuniam accepit, et pater familias factus solue-
rit, non repetit.*

Notum est omnibus, exceptionem esse beneficium iuris.
Qui igitur habet exceptionem perpetuam, et nihilominus per iuris civilis ignorantiam soluit: is ignorat benefi-
cium iuris ipsi competens, ac proin indebitum soluit se-
ductus imperitia iuris civilis. Proponamus speciem. Ia-
uolenus, Caii debitor, negat creditum, litigat, absolu-
tur. Absolutus gaudet exceptione perpetua rei iudicatae.
Moritur. Heres ipsius, probe gnarus, adesse rem iudi-

cata m.

y) Vid. IOH. PHIL. HAHNII nal. 3.

Diff. ad VII. leg. damn. a. z) L. 40. D, de condic. ind.

cata, et Iauolenum absolutum, tamen putat, dictam exceptionem ad se non spectare. Soluit. Indebitum hac in specie ex ignorantia iuris civilis solutum fuisse, quiuis fatebitur. A tali vero, qui non secus, ac Iauoleni heres in nostra specie, perpetuam exceptionem habens, per ignorantiam huius exceptionis sibi competentis soluebat, indebitum solutum, iudicante MARCIANO, repeti poterit. Bona me hercule! sententia, quae, dici vix potest, quantum iuuet nostram causam. Quam enim generatim tradit, regulam illustrat exemplo, nostram doctrinam confirmante. Indulget nimirum repetitionem seminae intercedenti, quae beneficiorum ignara soluebat, et iure indulget. Quum enim nihil habeat de alieno, nec acceperit quicquam, sed accipienti fidem tantummodo et auctoritatem adhibuerit: iustum est, ut, quod ex intercessione per iuris civilis ignorantiam soluebat, reperat. Accedit et hoc, quod licet natura nullam plane iudicii constituerit in sexu differentiam, sed quod potius omnia illa, quae acceptata et serio promissa sunt ab eo, qui voluntatem declarare potest, subsistere velit; et licet proin non invalida ex feminarum intercessione nasci possit iure naturali obligatio: tamen, quum intercessiones sint ex iis negotiis, quae feminas eo facilius sibi sumunt, quo rarius praesentia futuris connectunt, et quo minus damai aliquid metuunt, sapienter totam a), quae e feminarum intercessione pro alio

venit,

a) L. 10. §. 1. D. ad 8. c. Vellej.

venit, et sic etiam naturalem b) obligationem improbavit ius civile. Annon ergo eandem, quam egomet tueor, sententiam defendit MARCIANVS; dum non modo generatim asserit, illum, qui perpetuam exceptionem habebat, et errore seductus soluebat, admittendum esse ad condicioneum indebiti, sed dum in primis etiam, repetitionem locum habere, affirmat, quando mulier e praecedenti obligatione, quam senatus consultum de intercessionibus efficacem esse non finit, solutionem fecit, ignorans se eius senatus consulti beneficio munitam esse c)? Putarem.

Rides forsitan, haec abs me pro lata dum legis. Excipis, et vel ex MARCIANI verbis, sed hoc non est perpetuum, elucere, non eam fuisse antecessori mentem, qui traderet regulam generalem, suppeditatem argumentum, quo nostra caussa defendi queat. At, ingenue fateor, nullus pertimesco dubium allatum. Quam enim regulae

gener-

b) L. 10. D. de obl. et act.

c) Obliuice, scio, IOH. CORA-
SIVM Op. tom. II. f. 186 et
IOH. KLEINIVM Diff. de Inn.
Mul. Iur. Ignor. cap. II. n. 51.
condicioneum indebiti mulieri-
bus non ideo concedere, quod
ignorantia iuris seductae solue-
rint, sed quod naturalis obli-
gatio, condicioneum indebiti ob-
lians, Scto. Velleiano simpli-
citer sit reprobata. Quare man-

lieribus, indebitam pecuniam
solventibus, praeterquam in
casu Scti Velleiani, denegant
repetitionem. At, quam e-
gregie fallant, discere potes e
L. 9 C. ad Sctum Velleian. Caet-
erum si sciebant, se tutas es-
se, et nihilominus soluebant:
conditio nostra cessat. IOH.
VLR. L. E. de CRAMER Pa-
rerg. part. CX. p. 187.

F

generatim positae iungit, exceptio mihi non est aduersa. Nimirum non obscure sifit filiumfamilias numeros creditos accipientem, qui paterfamilias factus per errorem solebat, nec vtebatur perpetua exceptione Senatusconsulti Macedoniani, qua tamen aduersus creditorem se tueri potuerat. Errore detecto solutum indebitum non repetit e MARCIANI sententia. At quare? Rationem huius exceptionis quidam d) quaerunt in odio, et vel ab ipso MARCIANO non abnegato, propter quod Themis Romana filiosfamilias, mutuum accipientes, non quidem exonerare, sed tantummodo hac exceptione perpetua a creditorum actione liberare voluit e), ne scilicet usurarum grauitate postmodum oppressi, aerique alieno obruti, post patris mortem, defraudentur, omneue peculum foeneratoribus usurariis cedere cogantur. An iure? an iniuria haec ratio proferatur, non inquiram? Id autem silentio praeterire non possum, veram et genuinam, meo quidem iudicio, huius exceptionis rationem latere in obligatione naturali, a iure ciuili non prorsus reprobata f), quae impedit conditionem indebiti. Quam rationem si, ut spero, ratam habes, tibique acceptam: patebit,

d) Vide IOH. SICHARDVM ad
Rubr. tit. C. ad Senatusc. Ma-
ced. n. 8, et IOH. SCHNEIDE-
WINVM Comm. ad I. tit. quod
cum eo, qui in alt. §. 7 n. 9.
e) I. 9. §. 4. D. ad Senatusc.
Maced.

f) L. 10. D. tit. eod. Iungas, si
placet, FRANC. CONNANI
Comm. Iur. Ciui. libr. VI. cap.
2. n. 8. et IOH. ANDR. FROM-
MANNI Diff. de Senatusc. Ma-
ced. §. 22.

bit, eandem non ad solam modo exceptionem senatus-
consulti Macedoniani, sed etiam ad alias exceptiones per-
petuas, obligationem naturalem non in totum reprobant-
tes, quadrare. Quare nihil singulare tradit MARCIA-
NVS, quod non et ad alias exceptiones perpetuas applicari
posset g). Dic igitur, qui argumentum mihi aduersum
neccebas, dic, an in hac dissertatione traditum legeris,
quod secundum meam doctrinam non minus ille ex erro-
re soluens, cuius obligationem naturalem non prorsus
improbabat ius ciuale, quam etiam iste, qui naturali ra-
tione ad solutionem praestandam erat obstrictus, et semet
tantummodo a solutione suscipienda tueri poterat oppo-
nenda exceptione perpetua in odium creditorum iure ci-
uili introducta, admittendus sit ad conditionem indebi-
ti? Id defendere, mihi nunquam veniebat in mentem.
Ergo, quam profert MARCIANVS, exceptio mihi nec
est aduersa, nec infringit doctrinam, eodem iurisconsulto
fauente adornatam, qua indebitum soluens per iuris ciuili-
lis ignorantiam tunc demum indebiti conditione uti po-
test, si illum aut naturalis ratio ad soluendum aut pla-
ne non obstringebat, aut si obligatio naturalis, qua so-
lutionem suscipere debuit, a iure ciuili prorsus re-
probata est.

g) Vid. BENR. BROCKES Sel. Obj. arg. I §. 54.

IX

*Pro oranda causa argumentum peti posse e L. i. pr. D.
ut in poss. legat., docetur.*

Excipiat MARCIANVM alius iureconsultus, mibi non
contrarius. Ait h)

VLPIANVS lib. 52. ad Editum.

*Si quis, cum vetitus esset satis accipers, acceperit: an re-
peti satisfatio ista possit, ut heres condicat liberationem?
Et quidem (si) sciens heres indebitum cavit, repeterem non
potest. quid deinde si ignorauit remissam sibi satisfactio-
nem? potest condicere. Si vero hoc non potuisse remitti
crediderit, nunquid condicere possit, qui ius ignorauit? ad-
buc tamen benigne quis dixerit satisfactionem condici
posse.*

Quum in legis et fideicommissis vel sub conditione, vel
ex die relictis, dies quidem statim cedar, sed non veniat;
atque quum sic facile contingere possit, ut spes legatorum
ab herede, bona abliguriente, interuertatur: ipsum satis-
dare iubebat praetor i), se conditione existente, aut veni-
ente die legata aut fideicomissa bona fide praefiturum.
Ad hanc cautionem, legatorum seu fideicommissorum
seruandorum gratia praefstandam respiciebat VLPIANVS,
dum recitatis verbis fistebat heredem, qui, tametsi
fatis-

h) L. i. D. ut in poss. legat. fideic.
i) Arg. L. i. pr. D. ut legat. seu

satisdatio legatorum seruandorum caussa ipsi a testatore in testamento remissa fuisset, eam nihilominus legatario praestabat, quoniam credebat, eam vigore iuris ciuilis a testatore in testamento non potuisse remitti, quum tamen a Stratonico, seu, vti alii exhibent k), a Stratonica consultus Imp. MARCVS ita rescriptisset l), ipsis rerum experimentis cognouimus ad publicam utilitatem pertinere, et satisdationes, quae voluntatis defunctorum tuendae gratia in legatis et fideicommissis introductae sunt, corundem voluntate remitti possint. Lapsus igitur est heres per iuris ciuilis ignorantiam, dum indebite praestabat cautionem, ipsi a testatore remissam. Permittebatur ei nihilominus ab VLPIANO conditio cautionis, indebite per iuris ciuilis imperitiam praefitiae. En VLPIANI doctrinam curate respondentem placitis abs me traditis! An erubescis, eam amplecti?

Haec si forsitan, et VLPANI verba, benigne satisfationem condici posse, ita explicas, quod quasi indicent, iure quodam singulari contra iuris rigorem introductum esse, ut in proposita specie recipiatur cautio, indebit per iuris civilis ignorantiam praestita. Quae autem iuris singularis dispositio, ut putant m), ad consequentias pro-

F 3 *duo*

- k) Euolus IOH. ORTW. WESTENBERGII *Diuum Marcum*
diff. XXV. §. 3.
l) L. 2. C. ut in poss. legat. vel
fideic.

m) Ita sentiunt, vt alios taceant,
I. HARPRECHTIVS Comm.
ad I. tit. quib. mod. re contr.
oblig. §. 1. n. 6. et GFRH. NOODTIVS
Comm. in Dig. tit. de

duci nequit. Quem scrupulum, ne torqueat progredientes, tibi eximam. Edictum Praetoris illustrat **VLPIANVS**, et curate sciungit scientiam ab ignorantia; deinceps ignorantiam facti ab ignorantia iuris. Quoad primum afferit idem, quod alii tradiderunt. Quod autem spectat iuris ignorantiam, is non quidem desleget a doctrina haec tenus tradita, sed ei tamen vocem *benigne* eanterus inferuit, quatenus alii antecessores dixerunt, conditionem indebiti *naturalem*ⁿ⁾, eandemque ex aequo et bono introductam esse. Quum pluribus aliis legibus dicatur, hoc illudue benigna ratione receptum o); aut benigniori iuris interpretatione utilem actionem admittendam esse p); aut saltim deberi q); elucet, veteres non raro tali formulae aequitatem naturalem opposuisse rigori iuris, eosdemque non obscure indicare voluisse, hoc illudue benignitatis aequae ac aequitatis ratione tolerari posse, licet rigore iuris aliud dicendum esset. Veritati quam maxime accedit, et **VLPIANVM** eadem ratione dicta verba protulisse. Sensus eorum, ut ego quidem arbitror, eo reddit. Tametsi rigor iuris indebiti conditionem impedire videatur: tamen benignior interpretatio, a Praetore agnita, illum temperat, adeo, vi, sicuti in proposita specie ius benignius, quo quoad suam originem nostra conductio nescitur, vult iubet.

cond. ind. p. m. 208.

n) *L. 15. D. de condit. ind.*

o) *L. 71. §. 4 D. de legat. I.*

p) *L. 3. C. de donat. quae sub*

modo.

q) *L. 112. §. 1. D. de condit. et demonstr.*

40 40

Subiectaque, ut satisfatio, per iuris ciuilis ignorantiam indebita praesita, recipi possit condicione indebiti, ita etiam quodvis aliud indebitum, iuris ciuilis imperitia solutum, condicione indebiti repetatur, puta, si soluens aut planus non, aut saltim ratione naturali, at in totum per ius ciuile reprobata, obligatus tenebatur, praestandi solutionem tamiam indebiti condicione impugnandam.

X

*Nec alii rationibus condicentem indebitum per iuris
ciuilis ignorantiam solutum destitui,
docetur.*

An pro oranda hac causa id addere liceat, nescio? Scilicet in toto digestorum titulo, alias satis prolixo, indebiti soluti repetitio non soli duntaxat errori facti tribuitur. Nec ea iuris ignorantiae denegatur. Conditionem indebiti, legimus, tribui simpliciter errori, sive quod solutum ob exceptionem perpetuam exigi nequeat, sive quod omnino non debeatur. Quare concludere possumus, errorem quidem, qualiscunque fuerit, non impedire hanc conditionem, sed obstatre saltim solam soluentis scientiam r). Hic enim donasse intelligitur s). Id quod autem de illo dici nequit, qui, iuris ciuilis ignorantia seductus, se obligatum, ac soluendi necessitate obstrictum esse, putabat.

Sequi

r) L. 1. §. 1., L. 26. §. 3. D. de con- s) L. 53. D. de reg. iur.
dict. ind.

Sequi insuper, qui quis rerum peritus fatebitur, incommoda non pauca sententiam nobis educisam. Inter quae refero primum, quod is, qui iuris ciuilis ignorantia seductus soluebat indebitum, tametsi nullo iure teneatur obligatus, pro obligato habendus esset. Desideramus insuper in accipiente justam et legitimam caussam. Num vero hanc suppleri, crederes, errore et ignorantia iuris ciuilis, qua suscipiebatur solutio indebita? Minime. Accedit et hoc, quod condic^tio indebiti, quum ex aequo et bono introducta esse dicatur, non nisi exceptione aequitatis ex aduerso elidi possit. Quemnam vero aequitatis praetextum, scire vellem, is obnoscere posset, quoque colore de iniunctitate conditionis indebiti quaeri, cui quid per iuris ciuilis ignorantiam solutum, quod ne natura quidem debebatur, siue quod effectum non haberat. Is me hercule! qui nostrae sententiae non subscrabit, auxilium praestat captanti lucrum, et priuat e contra sollicitum de damno vitando iuris remedio. Quid? quod non offeruat primam aequitatis regulam, quae iubet, ut nemo debeat cum damno alterius locupletior fieri t). Iurare auferim, jureconsultos non paucos, quorum actas in tempora restitutae iurisprudentiae cecidit, haec momenta respxisse, iisdemque motos defendisse placita, quae egomet tueor. Ne, temere id dixisse, videar, tanquam testes excito REINH. BACHOVIVM u), GEORG. FRANTZ-

KIVM

i) L. 14. D. de condic^t. ind.

disp. IV. §. 17.

u) R. BACHOVIVS Tr. de AEI.

XIV M V), VLR. HVEERYM X), HENR. HAHNIVM Y),
 FRANC. VAL. de HAVER Z), AVG. a LEYSER a), IOH.
 PHILIPPI b), IOH. EBERW. REICHMANNVM c), IOH.
 CH. RICHTERV M d), IOH. SICHARDVM e), IOM.
 SCHILTERVM f), CH. THOMASIVM g), LVD. VITA-
 LEM h), ARN. VINNIVM i), IOH. WUNDERLICH-
 YM k), HENE. ZOESIVM l) -- quis omnes alias enu-
 meret?

XI

Ad dubium c. L. 9. pr. B. de iur. et fact. ign.
desumptum respondetur.

Nomina laudatorum iuris antecessorum dum legis:
 hos, more Labeonis doctrinae fiducia, clamitabis, noua
 sub-

- w) G. FRANTZKIVS *Comm. in D*ig. tit. de cond. ind. n. 28.
- x) V. HUBERV Præl. ad Inst. tit. de obl. e quaf. contr. n. 8.
- y) H. HAHNIVS ad Wesynb. tit. de cond. ind. n. 9.
- z) F. V. de HAVER *Memor. Act. part. I. p. 49.*
- a) A. a LEYSER *Sp. CXLVIII. m. 3.*
- b) I. PHILIPPI *Elog. XL. ad Inst. n. 50.*
- c) I. E. REICHMANNI *Diff. quam inuenire non potui, de Condict. Ind. ob ign. iur. non exclud.*
- d) I. C. H. RICHTER *Dec. LXIX. n. 31. sq. et Dec. XCVI. n. 140.*
- e) I. SICHARDVS *Comm. in G. L. I. de cond. ind. n. 2.*
- f) I. SCHILTERVS *Exerc. ad Pand. XXIV. §. 22. sq.*
- g) CH. THOMASIVS *Not. ad Dig. tit. de cond. ind.*
- h) L. VITALIS *Var. Leff. libr. II. cap. 22. in EV. OTTONIS Thef. Iur. Ciu. Tom. II. f. 613.*
- i) A. VINNIVS *Sel. Iur. Quæst. libr. I. cap. 47.*
- k) I. WUNDERLICH *Diff. de Condict. Indebiti Renunc. §. 3. et 12.*
- l) H. ZOESIVS *Comm. ad Dig. tit. de cond. ind. n. 14.*

G

subiāde moliri, et in eo maxime laborare, ut receptam inueteratamque opinionem de indebito, per iuris ciuilis ignorantiam soluto, condicōne indebiti non repetendo, ex hominum animis euellant, funditusque extirpent. At laetaris, quod nec Capitones desint, qui, grāue, putant, deserere communis opinionis praeiudicium, nec temere ab iis, quae iam pridem e multorum annorum serie consensum fere omnium meruerunt, recedendum esse, docent. Ne credas, me securus sentientium nomina ignorare, ipse ego recensebo auctores praecipuos, repertos in bibliotheca, Cons. PRAESIDIS optimis libris referta, qui ignorantiae iuris ciuilis non fauentes soluentem indebitum per iuris imperitiam excludi cupiunt a condicōne indebiti. Eminent inter hos EGVIN. BARO ^m), HENR. BOGERVS ⁿ), PAVL. BVSIVS O), EV. BRONCHORSTIVS P), IAC. CVIACIVS Q), ANDR. CLVDIVS R), FR. DVARENVS S), HVG. DONELLVS T), IOH. GOTTL. FREYERVS U), LHARPPRECHTIVS W), P. H. HOENONIVS X),

V.L.R.

- ^m) E. BARO *Oper. tom. II. p. 256.*
- ⁿ) H. BOGERVS *Claff. II. disp. 8. tb. 18.*
- ^o) P. BVSIVS *Comm. ad L. 1. §. 1. D. de cond. ind.*
- ^p) E. BRONCHORSTIVS *Evarri. sent. II. aff. 37.*
- ^q) I. CVIACIVS *Comm. Qu. Pap. lib. 19. et ad L. 6. C. de cond. ind.*
- ^r) A. CLVDIVS *l. c. c. I. n. 14. sq.*
- ^s) FR. DVARENVS *Comm. ad tit. de cond. ind. cap. 3.*
- ^t) H. DONELLVS *Comm. Iur. Ciui. libr. XIV. cap. 14.*
- ^u) I. G. FREYERVS *Tr. de Solut. cap. XIII. n. 14.*
- ^w) L. HARPPRECHTIVS *l. c. n. 56. sqq.*
- ^x) V. H. HOENONIVS *Disp. XIII. contr. 7.*

VLR. HVNNIUS y), WO. AD. LAVTERBACHIVS z), I.W.
MARCKARTVS a), EV. OTTO b), PAVL. VOETIVS c),
CAR. FRID. WALCHIVS d). Argumenti loco primum
iuocant auctoritatem perinclusi antecessoris. Scribit
nimirum e)

PAVLVS lib. sing. de iur. et fact. ign.

Regula est, iuris quidem ignorantiam cuique nocere, facti
vero ignorantiam non nocere. Videamus igitur in quibus
speciebus locum habere possit; ante praemissu, quod minori-
bus vigenti quinque annis (ius) ignorare permisum est:
quod et (in) feminis in quibusdam caussis propter sexus infir-
mitatem dicitur: et ideo, sicuti non est delictum, sed iuris
ignorantia, non laedantur.

Dum curate juris ignorantiam ab ignorantia facti seun-
git PAVLVS, et, illam cuique nocere, adfirmat: caussam
nostram et vel hac assertione eueri, putant. At PAVL-
VM non iuare secus sentientes, opinor. Ut enim non
vrgeam, veritati quam maxime accedere, PAVLVM, quum
solitus fuerit, carpendi studio maximorum virorum pla-

G 2

y) V. HVNNIUS *Var. Ref. Iur.*
Ciu. libr. III. tr. III. part. II.

qu. 3.

z) W.A. LAVTERBACHIVS *Coll.*
Tb. Pract. tit. de cond. ind.
§. 18.

a) I. W. MARCKARTVS *Diff.*
cit. Iungas, quae ci opposuit

JOH. AVG. BACHIVS *Cris.*
Iur. Libr. Vol. III. p. 387.

b) E. OTTO *Comm. ad Inst. tit.*
de obl. quae quaf § 6.

c) F. VOETIVS *Comm. ad I. tit.*
quib. mod. re contr.

d) C.F. WALCHIVS *Contr. Iur.*
Ciu. scft. III. cap. VI. §. 12.

cita non sine acerbitate perstringere f), et in primis a PAPINIANO dissentire g), studio tradere doctrinam, doctrinae PAPINIANI paulo antea illustratae aduersam, eandemque eo minori ad plausu excipiendam, quo magis pugnat cum ratione naturali, si eam absque lнтitatione accipimus. Hoc autem urgere, e re mea erit. Constat nimurum inter omnes, propositiones legales, si quas generales animaduertis, semper restringendas esse certis circumstantiis, quas aliae leges suppeditant. Id quod et de recitata PAVLI nostri regula generali dici debet, ut scilicet iuris ignorantia noceat quidem in rerum acquisitione, non vero in repetitione rei amissae, siquidem ibi lucrum captari, hic autem damnum saltim auerti solet. Ut ita sentiam, me mouent leges, quae traditam PAVLI regulam restringi volunt ad illos tantum casus, quibus quis capit lucrum, a quo autem consequendo immunis dici debet is, qui solutum per iuris ciuilis ignorantiam conditione indebiti repetere satagit. Ita, ut rem exemplo illustrem, PAPINIANVS, quum probe nosceret, vsuacientem auferre dominium prioris domini, et sibi adsciscere, negat, iuris ignorantiam prodeesse in usuacione h). Quid? quod et ipse PAVLVS restringit regulam genera-

lem

e) L. 9. pr. D. de iur. et fact. ignor.

f) Vid. PETR. FABERVM ad L. 145. D. de reg. iur. et GO-

cap. VIII. §. 2.

g) EDM. MERILLIVS Obs. libr. I. c. 30.

THOM. MASCOVVM l. c.

h) L. 4. D. de iur. et fact. ignor.

lēm ad illum casum, de quo loquor, et in quo condicōnem indebiti cessare, et ipsem ego adfirmo. Nam ex ipsius doctrina tametsi ille, qui pupillum alienare non posse ignorabat, et res pupillares emebat, has eapropter non capit v̄su, quoniam error iuris nulli prodest i). En P A V L U M, qui tanquam optimus interpres regulae, generalioribus verbis conceptae, hanc ad illum modo casum restringit, quo quis lucrum capiat, ac in quo, et iuxta meā doctrinā, cessat condicōnē indebiti! En ergo antecessorem mībi non aduersum!

Excipis forsitan, memoratam limitationē regulae, recitatis verbis propositae, non tam ipsum P A V L U M, quam potius Proculum auctōrem agnoscere k), eamque proin, P A V L O inuito, proponi pro oranda caūsa. Tametsi tibi concederem, allatam limitationē a P A V L O conjectam non esse; tamen, quam inde ducis, conclusio me non mouet, vt credam, eam fuisse P A V L I mentem, vt regulam, generalioribus verbis conceptam, et de illa specie intelligamus, qua damnum auertentes repetimus indebite solutum per iuris civilis imperitiam. Meminit enim casum, quibus propter sexus infirmitatem feminis ius ignorare, permisum est, et haec nihilominus ignorantia iuris non laeduntur. Non quidem exprimit illos casus. At eos, in aliis legibus diserte expressos, inuenies. Audias, precor, L E O N E M et A N T H E M I V M Imperatores ita edi-

G 3

cen-

i) L. 2. §. 15. D. pro cmt.

k) L. 31. pr. D. de v̄sig.

centes 1): ne passim liceat mulieribus omnes suos contractus retractare, in his quae praetermisserint vel ignorauerint: statuimus, si per ignorantiam iuris damnum aliquod circa ius vel substantiam suam patientur, in his tantum casibus, in quibus praeteritarum legum auctoritas eis suffragatur, subveniri. Quo rescripto caesareo in auxilium vocato num crederes, me falsam mentem adfixisse PAVLO, dum affirmabam, regulam ab ipso generalioribus verbis conceputam, tantummodo de isto casu, quo lucrum capramus, accipiendam, non vero de illa specie, qua damnum auerterimus, intelligendam esse, eamque praein nostrae causae non nocere? Non putarem. Ridiculum profectio foret, si obuerteres, lucrum adparere, quando quis quantitatem indebitam, iuris civilis ignorantia solutam, conditio inedebiti recuperaret, vtpote quod dominio per solutionem translato iam de nouo quantitatem solutam acquirere videretur. Quasi vero damno non adficatur, qui suae rei dominium admittit in perpetuum, aut quasi lucrum sentiat, si damnum rei amissae resarcitur. Lucrum non intelligitur, nisi quod damno deducto superest. Nihil autem amplius hac conditio recuperamus, quam quod damnum abstulerat.

XII

Dubium e L. io. C. de iur. et fact. ignor.

Allig. no. 10. C. de iur. et fact. ignor.

Data m de PAVLI regula generali, quod scilicet ignorantia iuris cuique noceat, interpretationem et vel ea propter nec ratam habes, nec tibi acceptam, quod aliud suadeat rescriptum CONSTANTINI ET MAXIMIANI Imperatorum. Huius est tenoris m).

I IDEM AA. et CC. et Araphiae.

Quum quis ius ignorans, indebitam pecuniam soluerit: cessat repetitio. Per ignorantiam enim facti tantum repetitionem indebiti soluti competere tibi notum est. Dab. s. Kal. Ian. CC. VI. conf. 306.

Speciosum quidem, fateor, est recitatum rescriptum; at non tanti momenti, ut, quam tueor, caussam euerteret, si modo cogitemus, eam esse vti omnium, ita etiam et huius rescripti naturam atque indolem, ut nec generale ius constituant, nec in aliis, tametsi similibus, casibus vim iuris habeant, ac proin periculosem, multisque erroribus obnoxium sit, quando in vero rescriptorum sensu inuestigando, aut contra Principum voluntatem, aut contra iuris naturalis regulas, ea extendamus. Si vero percontaris certam facti speciem, ad quam restringi debeat rescriptum nostrum, prima cogitatione aduersum isti regulae, quae vult,

m) L. io. C. de iur. et fact. ign.

vult, ut iuris ignorantia non ob sit in damnis: inuenies, et vel ipsos aduersarios nostros n^o) abnegare non posse, quod recitatum rescriptum de illa specie intelligendum sit, qua quis per iuris ciuilis imperitiam soluebat pecuniam, saltim iure naturali debitam, ac proin non prossus indebitam. Talis obligatio exempli caussa est ad *divisio*. Et ipse ego de hac tantummodo specie memoratum rescriptum intelligi, volo. Si enī, in quo quis casu cessare repetitionem, dicimus, quando quis ius ignorans indebitam pecuniam soluebat: extendimus me hercule! rescriptum contra regulas aequi et boni, quibus tamen nitit, vidimus, naturali conditionis indebiti. Accedit et hoc, quod is, qui errore facti soluebat id, quod naturali ratione debebat, hanc nequaquam agnoscit, adeoque nec suo adsensu confirmat, ac proin, fauentibus **CONSTANTINO** et **MARIANO**, solutum indebitre repetit. At is e contra, qui ignorantia iuris, dum scilicet putabat obligationem naturalem, tametsi illius partem reprobaret ius ciuile, esse validam, in huius yi et efficacia quidem errat, sed eam interim agnoscit, sese debitorem fatetur, et reuera debitor fuit suo, hoc est, naturali modo, atque proin mirum non est, si, iuxta tenorem huius rescripti, is, errore cogni-

n)
a) Vide **ANT.** de **PADILLA**
Comm. in Rescript. Imp p. 117.
IOH. CORASII *Oper. tom. II.*
p. 180. **IAC. BRUNNEMAN-**

ni Comm. in L. 10. C. de iur.
et fact. ign. Iungas r. de
POULLIEV *I.C. §. 71.*

gnito, sub iuris civilis praetextu naturali iuri, quod sol-
lens debitum agnouerat, sese subducere, et, quos honeste
soluebat, nummos repetere. Confirmatur haec a me pro-
posita restrictio, et ipsius ratio, diserte variis aliis legi-
bus. Ita, ut alia exempla non producam o), domino,
qui suo seruo manumisso, quod debuit, soluebat opinio-
ne erronea, se ei aliqua actione teneri, repetitionem de-
negari, scimus, quod naturale debitum agnouerat p).
Quum igitur nil obster, quo minus dicamus, imprudentia
Tribonianii factum esse, ut memoratum rescriptum tan-
quam lex generalis insereretur codici repetitiae praelectio-
nis, licet tamen illud de ista tantum specie intelligenda
sit, qua soluenti pecuniam, iuris ignorantia solutam, at
ratione naturali debitam, repetere animus est: patet, tan-
tum abesse, ut sententiam secis sententiarum hoc rescriptum
iuvet, ut potius tota, quanta est, mihi opposita ratio-
ginatio per adductam restrictionem abeat in sumum.

XIII

*Aliud dubium e L. 2. C. si adu. solu. defumum
diluitur.*

Quos in doctrina conditionis indebiti ad mulieres
interrogantes multa rescripta dedisse, constat q); Impera-
tores

o) Inveniens ea in Ioh. Nic. p) L. 64. D. de cond. ind.
HERTII Oper. vol. I. part. 3. q) L. 67. p., Cod. de cond.
p. 94. ind.

tores DIOCLETIANVM et MAXIMIANVM denuo im-
plorant secus sentientes. Obiiciunt rescriptum, quod ita
sonat r).

I IDEM AA. et CC. Laurinae.

*Indebito legato, licet per errorem iuris a minore soluto re-
petitionem ei decerni: si nequum tempus, quo restitutionis
tribuitur auxilium, exceperit, rationis est. Dab. 15. Kal.
Apr. Sirmii CC. cons. 294.*

Constare, obuerunt secus sentientes, quod exceptio fir-
met regulam. Quare quum indebitum legatum explicitent
de isto legato, quod in testamento aut nullo, aut imper-
fecto, erat relictum, quodque *minor*, dum per errorem
iuris soluebat tale legatum, iure naturali debitum, condi-
tione indebiti repetere non poterat; quumque nihilomi-
nus laudati legumlatores recitato rescripto minori, *si tem-
pus restitutionis nondum exceperit*, indulgent restitutionem
ac conditionem indebiti: sequeretur a contrario sensu, hac
exceptione iuxta mentem laudatorum Principum firmari
regulam, ut toties, quoties cuidam aliis ob immaturam ratio-
nem auxilium restitutionis non tribuitur, conductio indebi-
ti indulgenda non sit. Pulchra, me hercule! oratio, quae
autem, si me audias, a iuris ratione quam maxime abhor-
ret. Assumunt enim secus sentientes duo, quae concedi
nulla ratione poterunt. Primo conspicimus, ut dialecti-
ci loquuntur, petitionem principii, dum afferunt, mī-
rem,

r) L. a. C. & adu. Joh.

rem, quum ex iuris imperitia præstaret legatum, id soluisse ea propter, quod ratione naturali id debebat, et proin condicione indebiti repeti non poterat. Animaduerterunt enim iam pridem viri eruditii s), dominii quidem eam esse naturam et indolem, ut, quoad viuit, domino licet ius suum in quemcunque transferre, eaque translatio, illo etiam rebus humanis exempto, rata ac firma sit.

At ex eo tamen non sequitur, ut ab eo tempore, quo quis rerum suarum dominus esse desinit, translatio domini capere possit initium. Tantum abest, ut cum ratione naturali conueniat doctrina, quod voluntas hominum valere incipiat post mortem, ut potius mors sicuti omnia, ita quoque potestatem de rebus nostris statuendi soluat. Quum igitur tota testamentifactio, prout non tantum iure romano formata, sed etiam inter gentes ab omni memoria recepta est, meritis juris civilis fictionibus absoluatur et sustinetur: sequitur, testamenta in herede obligationem naturalem producere non posse, adeoque eos errorum fauere, qui in herede, legata e testamento imperfecto soluente, naturalem quandam obligationem, conditionem indebiti excludentem, subesse, aliis persuadere volunt. Quam insuper a sensu contrario decisionis, in recitato rescripto conspicuae, deducunt secus sentientes, conclusio

H 2

nimis

s) Euolus ANT. FABERVM de
Error. Pragm. Dec. 36. err. 2., 16. §. 4. GOTTL. SAM. TREV-
SAM. de FVENDORFF de ERVM Annot. ad FVREN-
Hir. Nat. et Gent. libr. IV. cap. DORFFIVM de Offic. Hem. 69
Cim. p. 293.

nimirum immatura mihi videtur. Quum enim Principes in rescriptis id non agere soleant, ut legem ferant, aut in commune consulant, sed ut tantummodo ad speciem facti ipsis propositam respondeant: adparet, si, quae interpretatione rescripti quaeritur, argumentum a sensu contrario saepe inepte, aliquando etiam periculose adhiberi. Quare si quid verbis in rescripto expressum non est: hoc non utique exclusum esse videtur; utpote quum fieri facile potuerit, ut de eo idcirco non esset rescriptum, quod in libello quaesitum non fuerat t). Aut fallor, aut de rescripto mihi opposito ferri debet idem iudicium. Quaeftio mouebatur, an repeti posset legatum indebitum per iuris imperitiam a minore solutum? Adiebat ea propter Laurina per libellum aut epistolam principes laudatos, qui subscribebant, rationis esse, ut minor, in integrum restitutus, legatum ex errore solutum nanciscatur. Dubio caret, quin iidem Principes, modo interrogati fuisserint, pronuntiasserint et in omnibus aliis casibus, quibus, prout in legato indebito, iuris ignorantia non nocet, conditionem indebiti haud cessare, tametsi non adesset, qui ob minorem aeratem impetrasset restitutionem. Nam si laudati Principes edidissent rescriptum contrarium tenore

t) Hanc regulam, ut in illustrandis rescriptis, in codice conspicuus, ob oculos habeamus, monent GERH. NOOTIUS
Dioctet. et Maxim. cap. II. et

CHR. HENR. ECKHARDVS
Herm. Iur. cap. V. §. 221., ac
LAUR. ANDR. HAMBERGTR
Opusc. p. 59.

nori rescripti recitati; profecto id non conueniret cum ratione, quam tamen intuebantur respondentes de specie, in libello ipsius proposita.

XIV

E doctrina hactenus tradita sequit; docetur, cum, qui ignor. iur. ciu. soluebat legata integra, quadrantem repeteret, condicet. indebiti, non obstantibus L. 9. §. 5. D. de iur. et fact. ign. et L. 9. C. ad L. Falcid.

Dubiis pluribus aliis diluendis abstineo, quum adesse, videam, morosos Cassios, qui, nullum argumentum scribendi dignum, iudicant, cuius beneficio calathi Cereris tolli, et onusta panaria in penum referri non possunt. Audio eorum solemne, cui bono? Patiantur, vt, in multis speciebus doctrinam huc vsque traditam usum praestare, paucis ostendam. Vetus est quaestio, cessente falcidia, si heres, ius ignorans, integra legata soluebat? an vero quadrans per iuris imperitiam solutus repetiti possit ab herede? Cessare hoc casu falcidiam, constans fere omnium interpretum opinio est. Ita sane CORN. VAN ECK U), ita I.O.H. SCHILTERVS W), ita I. L. E. PÜTTMANNVS X), ita et alii, quorum nomina non capit haec pagina. Si vero, me audire, non erubescis: sententia

H 3

tan-

a) C. VAN ECK ad tit. D. ad L. Pand. XXXV. §. 40.

Falcid. §. 29.

w) I. SCHILTERVS Exerc. ad interpret. libr. I.c. 34.

x) I. L. E. PÜTTMANNVS. *Ide*

tantorum virorum abhorret a iuris ratione. Quum enim iure recentiori heres habeat non modo retentionem Falcidiae, sed etiam vindicationem y), hinc etiam dominum: condicō indebiti illi haud poterit denegari. Vidi-
mus, ne iuris quidem ignorantiam suum perentibus no-
vere. Nec obstat, quod in accipiente integra legata ades-
se videatur iusta causa, utpote ipsi ea adsignauit testato-
ris voluntas, quae iustarē legis obseruanda erit. Euanescet
enim obiecta iusta causa, si modo in mentem renocaueris,
quod, sicuti quaenam, ita etiam ultima dispositio accipi
debeat sub clausula in quantum de iure. Accedit et hoc,
quod heres non modo de damno vitando, legatarius e
contra de lucro captando cereret, sed quod etiam sit ma-
gis dilectus, quam legatarius z), adeoque longe melio-
ris conditionis esse debeat, quam hic. Num vero, ita in-
terrogare te liceat, num heres hac meliori conditione
gauderet, si is, legatis immodicis per iuris imperitiam so-
lutis, dein ius suum edoctus excluderetur ab usu condic-
onis indebiti? Non putarem.

NAT
Vociferare te, audie, nil magis temerarium et iuri
scriptio contrarium esse, quam si quis mecum defendat,
istum, qui iuris ignorantia non usus erat beneficio legis
Falcidiae, quartam Falcidiam indebita solutam repetere
posse.

Nam

y) L. pen. C. ad L. Falcid.

z) Id docuit W. A. LAVTERBA-

chivs Diff. de Magis Dilecto

cap. IV. §. 1.

Nam dicit epistola D. P.I. a).

*Si quis ius ignorans, lege Falcidia usus non sit, no-
cere ei.*

Rescribunt insuper Imperatores SEVERVS. et ANTO-
NIVS b).

*Si idem repetitionem eius pecuniae habere credunt, quod
imperitia laeti legis Falcidiae beneficio, usi non sunt: sci-
ant, ignorantiam facti, non iuris, prodesse: nec stultis fo-
lere succurriri, sed errantibus.*

Edicte tandem GORDIANVS Imperator c).

*Is autem, qui sciens, se posse retinere, uniuersum resti-
tuit, conditionem non habet: quin etiam si ius ignorauerit,
cessat repetitio.*

Habes, mi lector, rescripta mihi opposita, quae tamen
paulo attentius considerata me non mouent, ut deseram
causam, quam mox probauit. Docui namque conditio-
nem indebiti, per iuris civilis imperitiam soluti, istis tan-
tummodo dari, qui damnum admittendae rei suae pati-
untur; illis e contra, qui, quod acquirere potuissent,
lucrum amiserunt, non aequa. Nam vero quum domini-
um rei legatae olim fuerit penes legatarium, ac heres
quartam Falcidiam non vindicare a legatario, sed tan-
tummodo retinere potuerit opponenda exceptione doli,
vel in factum; non potuit non, heredi in rescriptis recita-

tis

a) L. g. §. 5. D. de iur. et facti b) Leg. cit.
ign. c) L. g. C. ad L. Falc.

is quartae, seu potius lucri, per iuris ignorantiam legatis praestandis interuersi, repetitionem denegari. At hodie e noua IVSTINIANI constitutione est dominium quartae penes heredem, gaudetque vindicatione illius quartae d). Sublata igitur, quae olim obstabat, ratione, illud sequi, opinor, quod abrogatio rescriptorum allatorum tacite a Triboniano facta censeri debeat, ac proin conditio quartae, per ignorantiam iuris indebitate solutae, heredi eo minus hodie deneganda sit, quo magis cum aequitate conuenit, ut potentibus rem, cuius dominium penes auctor rem est, ne quidem juris ignorantia noceat e).

In eo autem, quod dubium, e recitatis rescriptis alijatum, soluturus dixerim, heredi olim competitissima quidem quartae retentionem, non vero ex Falcidia vindicationem, fidem mihi denegandam, falsamque rationem esse adductam, adfirmas forsitan, fauentibus iurium antecessoribus perinclusis f) At tu, qui hunc scrupulum mores, audias sodes, quae vetus interpres THEODORVS ea propter scribebat g), ὁ Φαλκίδιος νόμος παρατάχω μόνον διδωτή τε δε εἰ ἐτι δὲ τοῦ αἰγαίου, id est, Lex Falcidia quartae retentionem duntaxat concedit, non etiam vindicatur.

d) L. seu C sic eod.

e) Mecum semit GVIL. RANCHINVS Var. Lecc. libr. III. cap. 5. MICH. HERM. SCHMINCKII Syntagm. Crit. p. 74.

f) Vide CORN. VAN BYNCERES. HOECK Olsf. libr. VII. c. 7.

ABR. WIELINGII Lect. Iur. Civ. libr. II. c. 31, IAC. VOORDAE Comm. ad L. Falcid. cap. XIII. §. 3.

g) THEODORVS ad Basil. libr. 4t. T. II. c. 10.

vindicationem. Nec hoc THEODORI mihi fauensis testimonio rem confici posse, putas. Scio, quis te induxit, ut crederes, adesse testimonia veterum antecessorum mihi aduersa, quae multo maiorem, ac THEODORVS, fidem merentur. Est is SCAEVOLA h). Is nempe, quum linea margaritarum (erat ornamentum, quod mulieres inserunt collo, e margaritis contextum, Graeci τραχυλικός κότουον interpretantur) legata apud legatarium fuisset tempore mortis, respondebat, posse heredem consequi, ut ei restituatur, ac, si malit, posse vindicare partem in ea linea, quae propter legis Falcidiae rationem deberet remanere. Et hoc responsum, ingenue fateor, quod sentio, mihi non est aduersum. Inter omnes enim constat, interdictum quod legatorum conscriptum esse, ne legatarius inique sibi ius dicat i). Id autem accidit, quando ab usu huius interdicti excluderes heredem, qui non exercebat retentionem. Aut fallor, aut interpretum placitis accendendum est, qui recitatum responsu SCAEVOLAE non ad rei vindicationem, sed ad hoc interdictum possessorum referunt k), cuius vi heres omnino consequi potest partem rei legatae, quac quartam Falcidiām constituit, ac in cuius possessione legatarius est sine voluntate heredis, tempore

h) l. 26. pr. D. ad L. Falc.

i) L. 1. §. 2. D. quid legat.

k) Euolnas, si libet, IAC. cv-

TACII Obs. libr. VIII. c. 2. et

M. AUR. GALVANI Diff var.

de Vsi fr. c. 40.

pore mortis testatoris. Nec verbum vindicari, in se
VOLAE responso obuium, aliam interpretationem suadet.
Nam ut generatim denotat adserere sibi rem, vel ius su-
um petere: ita etiam veteres eo non rarerent indicabant
remedia, ceu vocantur, possessoria 1).

XV

*Hinc sequi, docetur, liberos, fideicomissio grauatos, quartam
modo Trebellianicam deducentes, condicione indebiti
repere possi legitimam iuris imperitia
non retentam.*

Iure ciuili verius esse, docuerunt antecessores per-
inclusi m), vt liberi, hereditatem restituere rogati, legiti-
mam quidem, non vero trebellianicam dedicant. Dum
vero in hac quaestione tractanda veteres iureconsulti Bo-
nonienses in diuersas sectas abierunt: contraria apud Pon-
tificios, ex Martini auctoritate, praeualuit sententia.
Hanc firmant INNOCENTIUS III et GREGORIUS PP.,
adeo, vt legitima, tanquam portio iure naturae debita,
et in qua grauari fideicomissio nequeant liberi, his non
modo sit praecipua, sed et Trebellianicam insuper vindi-
cent,

1) L. 2. C. unde legit.
m) Ita contra dubia ANT. CON-
TII Disp. Iur. Ciui. lib. I cap.
3., VACONII a VACUNA
Var. Declar. libr. IV. dec. 39.
n. 6. sq., BOETII EPONIS
Comm. IX. testam. p. 222. hanc

doctrinam tinentur EMM.
GONZALEZ TELLEZ ad C.
VII. X. de test., et FERD. CH.
HARPPRECHTIVS Tr. de
Iure Deduc. duas quart. cap.
II.

cent, utpote quod et quilibet extraneus, restitutione grauatus, eam deducere posset n). Nec quicquam interesset, an purum? an conditionatum esset fideicommissum, e quo trebellianica deducenda o). Si quis vero e liberis, fideicommisso grauatus, per iuris civilis imperitiam tantummodo Trebellianicam deduxerit, nec retinuerit legitimam: quaestio moueri solet, an heres, iuris sibi competentis legitimam una cum Trebellianica deducendi postmodum edocetus, ab herede fideicommissario legitimam, ex iuris ignorantia non retentam, condicione indebiti repetere possit? an vero non? Inter omnes constat, liberos, fideicommisso grauatos, litigare de damno vitando, quum indebiti condicione nancisci satagunt legitimam, naturali ratione sibi debitam p), quam indebite iuris ignorantia seducti restituebant heredi fideicommissario. Hunc vero, ecquis in dubium vocauerit, certare de lucro capiendo, dum, quam indebitè accepit, legitimam, heredi fiduciario debitam, restituere non vult? Quibus circumstantiis paulo attentius consideratis, arbitror, regulas aequi ac boni, quibus condicione nostra innititur, pro despectissimis haberi, si quando heredem istum, qui ex iuris imperitia legitimam sibi debitam non retinens,

I 2 ius

n) *Cap. XVI. et XVII. X. de tē-
stam.*

o) Id docuit CAR. A.D. L. E. de
BRAVN *Diss. de Legit. eiusq.
orig.*

p) Euoluas AVG. a LEYSER

*Sp 495. M. 5., FRID. ES. a PV-
FENDORFF Obs. Iur. Vniu.
tom. II. obs. 82. §. 3. c. GEORG.
LVD. BOEHMERI Elec. Iur.
Ciu. tom. I. p. 201.*

ius suum paulo post edoctus est, sero sapere, dices aequa ac adfirmares, ipsi denegandam esse indebiti conditionem, qua repeteret legitimam exsolutam, quam, opponenda exceptione doli, vna cum quarta Trebellianica repeteret potuisset. Placeret, quidem scio, secus sententiis regulam iuris, quae vetat, quo minus uno eodemque tempore duplex lucrum concurrat. Quae tamen regula hic nullius est momenti. Non enim video, quare quis lucrum duplex e diuersis caussis capere nequeat? Accedit, quod retenta Trebellianica tanto minus quartam legitimam absorbere poterit, quanto certius est, legitimam non tam lucrum esse, quam potius debitum. Id quod, fore, non tam spero, quam confido, ut non in dubium vocet is, qui considerat et ius, et caussam, qua competit legitima aequa ac Trebellianica. Illa enim ut debitum iuris fine vlo onere competit, et liberi eam non tam parentum beneficio, quam potius legum prouisione nanciscuntur. Haec autem est redhostimenti loco operarum in restituendo fideicommisso conspicuarum, ac incitamentum immixtionis seu aditionis. Illa ergo debitum naturale est. Haec autem continet lucrum.

XVI.

Quare et iusorem victum nummos alea perditos, et per iuris errorem solutos, conditione indebiti repetere posse, demonstratur.

Linquamus aedes, quibus super luctuosam hereditatem

tatem lites instituuntur. Adeamus potius domos, in quibus se delectare solent vel chartis lusoriis, imposito vetigali oneratis, vel clavis, quibus globulos eburneos super mensa oblonga impellunt, et in cauos detrudunt. Sicuti vero donationes immoderatae legibus odiosae sunt: ita etiam alea dissoluta multum offensionis habet. Quare quum ludus iure ciuili non sit modus probatus aequiriendi dominium: adserere nullus dubito, quod lusor vinctus conditione indebiti repetere omnino queat a victore pecuniam ludis perditam, ac per iuris ignorantiam tanquam indebitum solutam, praecipuis quando pecunia desperita sit maioris momenti, qua ludens absque suo incommodo carere nequit q). Nescio, an pro oranda hac causa mihi liceat hoc argumentum ex VLPIANI doctrina desumere. Si quis, insit r) falso credens se fortem debere, vfasas soluerit, utramque praestationem condicere possit. Si hoc, ita infero, verum est; multo magis condicatio indebiti locum habebit, quando quis falsa erroneaque opinione ductus credebat, se pecuniam ludo perditam debuisse, eamque protinus soluebat.

Excipis, condicenti, de quo loquor, obesse, quod nec illa lex aeterna, quam natura hausimus, animi obiectamenta improbet; nec iuris naturae interpretes ludos generatim in rerum fugiendarum numero habeant, sed

I 3

quod

q) L. vii. §. 1. D. de aket.

r) L. 26. §. 2. D. de cond. ind.

¶ 71 ¶

quod potius, si qui paulo durius iudicant de ludis, exacerbentur vitiis, quae ut plurimum cum alea coniuncta sunt, et remoueri facile possunt s). Si igitur, ita dicere pergit, ludis ac alea uti licet, sed veluti somno et quietibus caeteris, tunc quum grauibus seriisque rebus satis fecerimus; sequitur, quod iure naturali, quemadmodum dominio ius est, res suas donandi, ira etiam victori perditum relinquere liceat. Tibi, iurare auserim, qui hoc dubium moues, tibi, inquam, non venit in mentem, quod illud, distinctione adhibenda, sumi instar euaneat. Aut enim sermo est de obligatione naturali quoad partem iure ciuili reprobata; aut de illa, quam ius ciuile simpliciter respuit. Haec indebiti per iuris imperitiam soluti repetitionem admittit: non vero illa. Istius generis obligationem in hac nostra specie adesse, opinor. Licit enim nullus abnuerim, adesse obligationem naturalem solvendi nummos, quos quis, otium optans, ludis que animum refocillans, perdebat: attamen hanc obligationem simpliciter reprobat ius ciuile t). Is ergo admitti omnino ad indebiti condictionem debet, qui iuris ciuilis ignorantia soluebat nummos alea perditos. Obtrumis-

a) Vide, praeter PAVL. CHRISTINAE Dec. Vol. II. dec. 198., SAM. a PUFENDORFF de Iur. Nat. et Gent. libr. V. c. 9.
b) L. i. C. de aleat. Iungas, si plures iuris romani constitutiones

discere vis, VAL. IOH. BESSELIN Disp. de Rig. Iur. Rom. circa lud, cap. I. Et Germanos hunc iuris Iustinianei articulum sibi probasse, quibusdam iuris scripti exemplis fir-

70

muisse, regeris, hanc ludorum reprobationem actibus
frequentibus contrariis; ludere subditos chartis lusoriis,
vestigali oneratis; ludere magistratus cum subditis; lu-
dere principes cum nobilibus et aulicis. Meam caussam
contra securi sentientes defendat antecessor, in hac acade-
mia summo ingenio doctrinaque praeditus, et numerosa
librorum elegantium prole olim foecundus. Fatenur, in-
fit u). Sed et aliquando stupra, adulteria, singularia certa-
mina, blasphemiae tolerantur, et ab ipso principe sunt. Sed
quis inde crimina ista ciuibus omnibus permitti, et poenas in
illa statutas abrogari concludat? Sciant omnes vulgare istud,
non est spectandum, quid Romae fiat, sed quid fieri debeat.
Nec defunct exempla personarum honestiorum, quae num-
mos, alea perditos, condictione indebiti repentes lati-
sententiis nanciscabantur v).

XVII

*Quare et interius pecuniae, ante diem ex iuris ignorantia
solutae, peti posse, probatur, non obstantibus L. 10 et 17.*

D. de condit. indeb:

Fingas, quid enim fingere impedit? fingas, debito-
rens

manit *Illust. PETR. HIER. SCHLOSSER* Diff. Iur. Germ. de Aleatoribus, quam praefatio IOH. HEVMANNI defens-debat. Inserta est *Huius Exerc.* Iur. Fniu. tom. III p. 105.

v) A. ALEYSER Spec. CXXVI.

m. 3.
v) Vide H. HAHNIVM l. c. tit. de aleat. n. 4., HENR. a BERGER Eleff. Disc. For. Suppl. P. I. p. 55 sqq. BALTH. a WERNER Obs. Vol. VI.

rem ante diem soluisse omne id, quod in diem debebat,
ac creditorem accepisse creditum. Fingas, debitorem,
de quo loquor, paulo post non modo detegere erro-
rem, sed eundem quoque animo gestire repetundi con-
ditione nostra non tam pecuniam ante diem solutam,
quam potius e tali pecunia vsum ac emolumentum, quod
creditor medio tempore percipiebat, breuiter, interusu-
rium. Incidit quaestio, an hoc condicere volens audiendus
sit? an vero non? Conditione nostra, interusurium
consequi non posse adffirmant PETR. COSTALIVS w),
ANDR. GERHARDVS x), WOLF. AD. LAUTERBACHIVS y),
HENR. ZOESIVS z). At indulgent e contra, quando
interuallum iusto longius interuenit, si non certi, saltim
incerti conditionem REINH. BACHOVIVS a), ANDR.
CLVDIVS b), DION. GOTHOFREDVS c), CASP. HENR.
HORNIVS d). Quae sententia, et naturali rationi, et aequi-
tati consentanea, mihi quoque arrider, non modo si solu-
rio ante diem facti errore contigit, sed etiam si debitor in
iure errauit, nesciens, se commodum medii temporis de-
ducere posse. Ex iis enim, quae haec tenus edifferui, ma-
nife-

- w) P. COSTALIVS *Aduers. ad Pand. part. III.* p. 351. Treutl. Vol. I. disp. 21. lit. C. et D.
- x) A. GERHARDVS *Exerc. Iust. Dec XVI.* qu. 5. b) A. CLVDIVS l. c. cap. VIII. n. 42.
- y) W. A. LAUTERBACHIVS *Concl. For. XXIV.* n. 7. c) D. GOTHOFREDVS *Not. ad L. 10. D. de cond. ind.*
- z) H. ZOESIVS *Comm. ad Dig. tit. de Cond. ind. n. 12.* d) C. H. HORNIVS *Diff. de Inter- usurio §. 28.*
- a) R. BACHOVIVS *Dissert. ad*

nifatum est, considerari in conditione indebiti aequitatem, quae non finit, ut quis cum damno alterius sentiat lucrum. Quum vero creditor semet ditaret, et opes debitoris e contra senescerent, si huic denegaremus repetitionem illius commodi, quod creditor e pecunia ante diem soluta intermedio tempore percipit: nulla subest ratio, quare talis debitor admitti non debeat ad conditionem indebiti, qua peteret interfusurum. Accedit, quod non secus ac is, qui ante diem petit, plus petere dicitur, et, qui tardius soluit, quam soluere debet, minus soluere intelligitur e): ita etiam debitor, qui ante diem ac iustius soluit, plus soluere censetur. Poterat enim talis debitor pecuniam retinere, ac in alias usus collicare, et lucrum inde nancisci. Quid? quod dies, e veterum placitis f), pars obligationis est. Ergo sicuti id praestandum venit, quod ob non factam die promissa solutionem creditoris abest g); ita etiam aequum est, ut debitor noster conditione indebiti repeatat lucrum, quod percepisset, si ante diem non soluisset. Ipse VLPIANVS vult, ut, quod creditor sentiebat, *conmodum in representatione petatur h).* Quod effatum, excipis forsitan, me non iuuare, quia iuare reconsultus de debito, in fraudem creditorum ante diem soluto, loquitur, ac proin causa decisionis in tali fraude

c) §.32. I. de action.

f) L. 1. §. 2. de credendo.

g) ANT. FABER Com. L. XVI.

cap. 6.

h) L. 10. §. 12. D. *Quae in fraud.**cred.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

refrenanda latet. Nullus hoc dubium pertimesco. Nam si verba VLPIANI paulo curatius spectas; adfirmabis, antecessorem non de illa specie loqui, qua fraus facta erat ratione ipsius debiti, sed qua potius defraudatio tantum in tempore contigit, quae autem contingere non potuisset, si interusurum indebitum non fuisset solutum.
 Me quidem non fugit, irradidisse i) PAULVM Lib. 7. ad Sabinum.
In diem debitor, adeo debitor est, ut ante diem solutum repetere non possit;
 VLPIANVM Lib. 2. ad Edictum.
Nam si, cum moriar, dare promisero, et ante soluam, repetere me non posse, Celsus ait: Quae sententia vera est. Recitatis verbis laudatos iureconsultos prohibere, dicunt fecus sentientes, pecuniae ante diem solutae condicitionem, neque mentionem iniicere commodi, quod creditor interim percipiebat. Sequi inde ergo, concludant, vt, quanto magis cum iure scripto conuenit, vt non modo species ab isto iuris indulitu remoueatur, a quo remouetur genus k), sed vt etiam, quod iuris est de genere, iuris sit de specie l), vt, inquam, tanto minus interusurii repetitio concedi possit, vrpote haec, docentibus PAULO et VLPIANO, non est pecuniae indebitum ante diem solutae. At nec hoc dubium me dimouet a mea sententia. Primo e-

i) L. 10 et 17. D. de cond. ind. l) L. 76. D. de rei vind.
 k) L. 32. C. de transact.

nini laudati antecessores debitorem nostrum non exclu-
dunt ab indebiti condicione ad interusurum obtinen-
dum. Dispositionem insuper legis generalem, monent
doctores, restringendam esse secundum naturam rei, de
qua generalis dispositio sit. Quare etiam loquutiones ge-
nerales, quibus laudati iureconsulti vtebantur, intelligen-
dae sunt iuxta naturam huius actionis, quae, tantum ab-
est, ut sinat, aliquem cum damno alterius lucrum debiti ante
diem soluti percipere, ut potius id restitui velit tanquam in-
debitum. Mera adest cauillatio, si dicas, non datur, praeceun-
tibus PAVLO et VPIANO, repetitio rei principalis ante diem
traditae, ergo nec accessorii, puta, interusurii. Saepe enim
haec regula suas vires amittit, maxime quando accessorium,
ceu in hac specie contigit, a re principali separari potest.
Quid? quod interusurum, meo quidem iudicio, non
est accessorium, sed ipsum principale, distinctum ab eo,
quod debebatur. Qui enim ante diem per juris ignorantiam
soluebat: is praestabat duplex, puta id, quod debe-
bat, deducto interusurio; atque cum hoc, quod non debe-
bat, scilicet emolummentum, quod medio tempore per-
cipere potuisset, breuiter, interusurium.

XVII

Ergo etiam usuras, ultra modum legitimum ex iuris ciuilis
ignorantia solutas, condici posse, docetur.

Ne in Germania insatiabilis foeneratorum libido et
habendi amor in immensum cresceret, neve usuras nimi-

K 2 um

um ingrauescerent, semisses vsuras Caesari, Ordinibusque Imperii, duriores non modo videbantur, sed etiam vsuram quantitas primum sub adscitito titulo *wiederkäuflichen Zinsen*, dein sub ipso vero nomine per leges imperii ad quincunces redigebatur m). Intrepidus adfirmo, prohibitionem hanc vsurarum semissum, vel, ut vocantur, semis (alium n) adhuc durare in iis prouinciis, in quibus aut lex contraria, aut consuetudo rebus iudicatis firmata non extat. Incidit quaestio, num is, qui per iuris ignorantiam vsuras semisses soluebat, lucrum hoc condicione indebiti extorquere, idque sorti imputari possit? In diuidicanda hac quaestione distinctionem admittendam esse, statuo. Aut enim creditori quoad sortem nondum est satisfactum, et vsurae saltem semisses quotannis solutae sunt: Aut creditor accepit integrum sortem cum vsuris semissalibus. Si illud contigit: creditori, sortem petenti, deducitur ex vsuris non legitimis, quod amplius accepit o). Hoc si accidit, hoc est, si debitor per iuris ignorantiam vna cum sorte soluit vsuras supra legitimum modum: admitti is debet ad condicitionem indebiti, qua compellatur creditor ad restituendum, quod ultra modum legitimarum vsurarum solutum est. Hanc opinionem amplectebatur haud ita pridem illustre collegium ICtorum Helmstadiensium.

Con-

m) Vide Rec. Imp. de ann. 1530. tit. 17., Rec. Deput. de ann. 1548. tit. 26. §. 8., Ord. Polit. de ann. 1548. tit. 17. Von wucherlichen Contraction §. 8., et de ann. 1577. n) L. 10. D. de pollicit. o) L. 26. pr. D. de Cond. ind.

Condicebat quidam curator bonorum solutas vñuras semisses tanquam illegitimas ac indebitas. Opposuerat caussarum orator grauissimus aetori, vt reliquas exceptiones raceam, tam constitutionem diui FRIDERICI VLRICI de 3 Nov. 1617, quae solutionem vñurarum semissalium ratam haberet atque acceptam, quam edictum ducale de 8. Mai. 1698., quod finit, vt mercatores a mercatoribus vñuras semisses sibi dari stipulentur. Iudicium, coram quo cauſa ventilata erat, exceptiones rei reiiciebat, et bonorum curatori auctori iniungebat adducendam probationem de vñuris semissalibus solutis. Vrebatur reus supplicationis remedio, quo iudex, denuo acta perlustrans, corrigeret latam sententiam. Missis ad Iureconsullos Helmstadienses auctorum voluminibus, vidi, sententiam priorem non fuisse mutatam. Temperare mihi requeo, quin adducam rationes decidendi benigne mecum communicatas, quae doctrinam hic traditam illustrant. Huius erant tenoris: *Wiewohl 2) in Ansehung der Sache selbst sowohl der Rec. Imp de A. 1654. §. 174, als noch mehr der der Fürstl. Hofgerichts Ordnung p. 804. mit einverlebte, folglich auch als ein in biesigen Landen geltendes Gesetz angenommene Niedersächsische Creis-Schlus de dato Br. den 4ten Dec. 1654. in fine deutlich ausweisen, daß die Reduction der Zinsen auf 5 pro Cent von allen der Zeit ausgeliehenen und noch künftig auszuleibenden Capitalien verstanden, keineswegs aber auf die in dem 30 jährigen Kriege verarmte De-*

bitores, oder auf die vor und während des 30 jährigen Krieges angeliehene Zinsahre Capitalia beschränkt worden; Hieraus aber 3) von selbst folget, daß durch die Einführung dieses Reichsgesetzes in hiesigen Landen die vorhandene Constitutio D. Frid. Ulrici de 1617, und der gemeine Bescheid de 1649. eo ipso aufgehoben, und die Zinsen von den ausgeliehenen Capitalien auf 5 pro C. fest gesetzt worden, mithin auch der Vorbehalt dessen, was die Fürsten und Stände des Crayses in ihren Herrschaften und Gebieten bereits constituit und verordnet: s: bier ganz von keiner weiteren Anordnung seyn kann; welches den auch 4) sowohl das im Jahr 1698. das den Kaufleuten gegebene Privilegium, und dessen im Jahr 1773. erfolgte gn. declaration 6. pro C. Zinsen auch von auswärtigen Kaufleuten und Negotianten zu nebmen, als auch die der hiesigen Landschaft zu Anfang dieses Jahrhunderts ertheilte höchste Erlaubnis 10 Jahre lang 6. pro C. Zinsen zu geben, satzung bestätigen, indem eben diese Ausnahmen den bändigsten Beweis geben, daß das in dem R. I. N. S. 174. enthaltene Verboth ratione der Zinsen auch in den hiesigen Landen pro Regula dienen, und darnach nicht mehr als Usurae quincunxes erlaubet seyn sollen; Und so lange also 5) nicht diese Regul vermittelst eines besondern Landesgesetzes aufgebohnen wird, es in alle Wege dabej sein Verbleiben behalten, und in Judicio darauf erkannt werden muß, wie solches auch die von dem

LEY.

LEYSER in Sp. 243. M. 4.

bezeugte Praejudicia sowohl, als die von Klägern angeführte neuere zur Genüge bestärken, wogegen aber Beklagte so wenig ein dergleichen derogirendes besonders Landgesetz, oder auch nur eine Ausnahme von obiger Regel für sich anzuführen, alsweniger die angebliebe praejudicia in contrarium zu dicens vermögend gewesen's In welcher Betrachtung den 6) die selben vergebens auf die blos denen Kaufleuten in der Stadt B. im Jahr 1698. ertheilte Gn. Concession und Priuilegium und deren nachhero im Jahr 1713 erfolgte höchste Declaration 6. pro C. Zinsen sowohl unter sich, als auch von auswärtigen Kaufleuten zu nebmen, sich beziehen, da weder der Debitor, der verstorbene Kaufmann L. noch der Creditor, der beklagten Grossvater in B. gewobnt, und daselbst Handlung getrieben, oder negotiaret haben, von keinem priuato aber ein solcher Lex Specialis, der ein ius singulare oder priuilegium ertheilt, ob paritatem rationis contra legem generalem obstantem extendiret werden kann; Solcher gestalt 7) Innhalts oben angezogenen Reichs und Kraysgesetze obngezweifelt der untersigte alte Zinsthaler dasenige ausmacht, was secundum dispositionem

L. 26. D. de Cond. Ind.

den legitimum modum usurarum übersteigt, und also auch der Condiictioni Indebiti unterworfen ist, wenn auch gleich dessen Erbgebung oder Annahmung wegen Mangel eines Dok
oder

oder Culpa quo ad poenam ad usurariam prauitatem nicht zu referiren steht

LEYSER Sp. 245. Med. 9. sq.

Der zuvor angeführte L. 26. D. de C. I. keineswegs die Vſu-
ſariam prauitatem im eigentlichen Verſtande, sondern
lediglich nur die repetitionem des ſupra modum
legitimum vſurarum gezahlten Indebiti
zum Vorwurf hat.

Errata:


Pag. 3, lin. 7. pro detur ultra, lege non detur ultra.

Helmstedt, Diss., 1778-85
X 229 8786

ULB Halle
005 356 695

3





DISSESSATIONEM IN AUVGVRalem

DE

INDEBITVM SOLVENTE
PER IGNORANTIAM IVRIS CIVILIS
AD INDEBITI CONDICTIONEM
ADMITTENDO

ILLVSTRIS IVRECONSULTORVM ORDINIS
AVCTORITATE

PRAESIDIO

D. ALBERTI PHILIPPI FRICKII
IVRISCONSULTI ET ANTECESSORIS

PRO LICENTIA
SVMMOS IN VTROQVE IVRE HONORES
CAPESSENDI

AD D. XXIX AVG. MDCCCLXXVIII

HORIS ANTE ET POST MERIDIEM CONSVENTIS
PUBLICAE ERUDITORVM DISQVISITIONE
SUBMITTIT

AVCTOR

IOANNES IACOBVS TIEDEMANN
KEHDINGENSIS

HELMSTADII

E TYPOGRAPHEO ACADEM. VID. SCHNORR.

1778, 1

1998